23. *Καὶ οὕτως τῷ φθινοπώρῳ τοῦ ͵ςϑοζʹ ἔτους ἀπῆλ-*

1. *πιστεύω τὰς εἰκονικὰς διατυπώσεις ἤγουν χαρακτῆρας τῶν ἐν εἰκόνι περιγραπτῶν* P  12. *ἐνέργειαν* om P  21. *αὐτοῦ*] *αὐτοῖς* P  23. *͵αυξθ*$^{ου}$ P

credo in imagines expressas sive characterem imagine descriptum domini et dei et salvatoris nostri Iesu Christi et sanctissimae deiparae, matris eius, atque sanctorum omnium, relative, non religiose adorandas, nec consecratas, ut colantur et honorentur ab ecclesia dei, quae non materiam, sed personam veneratione prosequitur. etenim cultus imagini tributus ad ipsam personam transit, secundum magnum Basilium, quippe imago instar est archetypi.

credo, neque inefficacem esse naturam divinam et essentialium efficientiarum expertem, neque idem esse essentiam et efficientiam in ea, nec creatas eas esse, secundum homines stultos Barlaamum et Acindynum, sed et esse efficientias divinas essentiales et diversas eas esse ab ipsa essentia et non creatas et divinitates dictas.

credo firmiter, spiritum sanctum non e patre et filio procedere, ut Itali docent, sed ex ipsa unice persona patris, quemadmodum ipse filius ex ipsa persona patris unice generatur, mitti autem a patre et filio spiritum, qualem ipsa eius gratia et benignitas donat.

23. Ita autumno anni 6977 regina, domina Helena Palaeologa,

*θεν ἡ βασίλισσα κυρία Ἑλένη ἡ Παλαιολογῖνα, τοῦ δεσπότου τῆς Σερβίας γυνή, πρὸς τὴν αὐθεντίαν τῶν Ἑνετῶν, ἐγκαλοῦσα τοὺς κλέψαντας τὸν βίον αὐτῆς ἐν Κερκύραις. καὶ τῷ ἔαρι τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐγένοντο σεισμοὶ πολλοὶ καὶ μεγάλοι εἴς τε τὴν ἁγίαν Μαῦραν καὶ Κεφαληνίαν καὶ Ζάκυνθον· καὶ πολλαὶ οἰκοδομαὶ ἐχάλασαν τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς πόλεσι κώμαις τε καὶ τόποις οἰκούντων, ἄστεά τε καὶ τείχη. τὸ δὲ τῆς Κεφαληνίας πτολίεθρον παντελῶς ἐχαλάσθη, καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τεθνήκασι.*

*Τῷ δὲ θέρει τοῦ αὐτοῦ ἔτους ὁ τῶν Ἑνετῶν ναύαρχος τοὔνομα Νικόλαος Δεκανάλης μετὰ τριήρεων ἦλθε κατὰ τῆς Αἴνου καὶ ᾐχμαλώτευσεν αὐτὴν ἐν ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ· καὶ ἐπιστρέψας παρεγένετο εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Βοστίτζαν αὖθις τῷ τοῦ θέρους καιρῷ τοῦ αὐτοῦ ἔτους. τῷ δὲ χειμῶνι τοῦ αὐτοῦ ἔτους ͵ϛϡοη΄, Ἰανουαρίου κε΄, ἔπεσε καθ' ὅλην τὴν νῆσον τοσαύτη χιὼν οἵαν οἱ τῶν Κερκύρων ἄνθρωποι οὐκ εἶδον πώποτε, ὥστε καὶ ἀλώπεκας καὶ λαγωοὺς οἰκειοχείρως ἐθήρευον. ὁμοίως καὶ εἰς τὰ τῆς δύσεως μέρη, πολλῷ δὲ μᾶλλον εἰς τὴν Ἀσίαν ἤτοι ἀνατολήν. περὶ δὲ τὸ τέλος τοῦ ἔαρος τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐστράτευσε κατὰ τῆς Εὐβοίας ὁ τῶν ἀσεβῶν ἄρχων, ἐπὶ τέλος τοῦ Ἰουνίου μηνός. ὁ δὲ στόλος αὐτοῦ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τὸ στρατόπεδον διὰ ξηρᾶς ἐκ Καλλιουπόλεως ἀπῆλθεν εἰς τὴν Λῆμνον, καὶ παρέλαβε τὸν Κότζινον καὶ τὰ περὶ πᾶσαν τὴν νῆσον χωρία πλὴν τοῦ*

despotae Serviae uxor, ad rem publicam Venetorum abiit, accusatura eos, qui Corcyrae se bonis privaverant. vere eiusdem anni terrae motus multi et vehementes sanctam Mauram, Cephaleniam et Zacynthum afflixerunt, et multa aedificia hominum per eas urbes, vicos et regiones habitantium, quin etiam oppida et moenia, corruerunt. oppidum Cephaleniae prorsus eversum est et magna hominum multitudo periit.

Aestate anni eiusdem classis Venetae dux, Nicolaus Decanales nomine, cum triremibus Aenum invasit et die septimo cepit; inde in Peloponnesum profectus Bostitzam aestate anni eiusdem instauravit. hieme autem anni eiusdem, 6978, die Ianuarii 25, tota insula nix cecidit, quantam Corcyraei nunquam viderant, ita ut manibus vulpes et lepores caperent. idem versus occidentem factum est, multoque magis versus Asiam sive orientem. sub finem veris anni eiusdem, exeunte Iunio mense, impiorum princeps adversus Euboeam expeditionem suscepit. classis eius, antequam exercitus per terram Calliopoli exiret, Lemnum venit et Cotzinum et omnia totius insulae loca,

*παλαιοῦ κάστρου ἤγουν παλαιοῦ πτολιέθρου καὶ τῆς σκάλας, καὶ ἐπέστρεψεν. ἐπελθὸν δὲ τὸ τῆς πόλεως στράτευμα ἐκ Νικομηδείας καὶ ὅθεν ἂν ἦν, ὁμοῦ ἐξῆλθον καὶ παρεγένοντο εἰς Εὔριπον· οὓς ἰδὼν ὁ ἔξαρχος ὁ καὶ ναύαρχος τῶν Ἑνετῶν ἀνεχώρησεν, ἴσως καλῶς ποιήσας, κακῶς δὲ ὅτι οὐκ ἠθέλησε δυναμῶσαι τὴν Εὔβοιαν πόλιν ἤτοι ἄστυ. διερχόμενον δὲ τὸ τοῦ ἀμηρᾶ στρατόπεδον ἀπῆρε τὴν Ἴμβρον καθ' ὁδόν, εἶτα ἦλθεν εἰς τὴν Εὔβοιαν, καθ' ὃν δὴ μῆνα ἔφθασε καὶ ὁ ἀμηρᾶς. καὶ σφοδρῶς τε πολεμήσαντες διὰ ξηρᾶς καὶ θαλάσσης, τῇ ιβ' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς παρέλαβε τὸ πτολίεθρον πολέμῳ. καὶ τούτου γενομένου πάντα τὰ περὶ τὴν νῆσον νησύδρια καὶ ἄστεα ἐδουλώθησαν ἑκουσίως. ὁ δὲ ἀμηρᾶς προσκαρτερήσας μικρόν τι, περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ Αὐγούστου ἐξελθὼν ἀπῆλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. τὸν δὲ μπεηλέρμπεην ἐπαφῆκε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Πελοπόννησον. καὶ οἱ μὲν περὶ τὴν Βοστίτζαν ἀφέντες αὐτὴν ἔφυγον· οἱ δὲ προσεκύνησαν καὶ παρέδωκαν αὐτῷ ταύτην. διερχόμενος δὲ παρέμπροσθεν ὁμοίως ἐποίησαν καὶ οἱ ἐν τῷ Βουμερῷ καὶ τῇ Ὠλένᾳ καὶ τῷ Χελιδόνι καὶ οἱ ἐν τῷ Ποντικῷ. καὶ πάντα ὅσα ἦσαν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐκατέλυσαν μέχρι καὶ θεμελίων, τὰ δὲ ἄλλα ἔχουσι. διελθὼν δὲ μέχρι καὶ τοῦ πριγκιπάτου καὶ ἐπιστρέψας ἐξῆλθε τῆς Πελοποννήσου. οἱ δὲ Ἑνετοὶ ἔστειλαν ἕτερον ναύαρχον Θωμᾶν τοὔνομα, Μοκένικον τοὔ-*

4. *Εὔβοιαν* P 6. *τὸ τῆς Εὐβοίας ἄστυ* P 19. *ἐν τῷ αἰγιαλῷ* P

praeter Palaeocastrum sive vetus oppidum et portum, occupavit; deinde reversa est. tum advenientibus Nicomedia et ubicunque erant urbanis copiis, una exierunt et in Euripum venerunt. quos ubi vidit exarchus et nauarchus Venetorum, recessit, recte fortasse; male autem fecit, quod Euboeam urbem munire noluit. transiens autem amerae exercitus Imbrum ex itinere cepit, atque inde ad Euboeam appulsus est, quo mense affuit etiam ameras. pugnatum est vehementer terra marique, et duodecimo die Iulii oppidum in potestatem redactum. quo facto, omnes in circuitu parvae insulae et oppida ultro se dediderunt. ameras aliquantisper ibi commoratus, sub initium mensis Augusti Cpolim discessit, beglerbegum in Peloponnesum misit. qui Bostitzam tenuerunt, partim fugerunt, partim, submisse eum venerati, urbem tradiderunt. progredienti idem fecerunt Bumeri, Olenae, Chelidonii et Pontici incolae. loca ad mare sita omnia funditus evertit, retinuit reliqua. progressus usque ad principatum, reversus est et Peloponneso exiit. Veneti miserunt alium classis praefectum,

πίκλην· ὅστις πιάσας τὸν ποτε ναύαρχον Νικόλαον Κανάλην καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ γραμματικόν, θεὶς αὐτοὺς ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς καὶ δεσμεύσας ἀπέστειλεν εἰς Ἐνετίαν πρὸς B τὴν αὐθεντίαν ἤτοι ἀριστοκρατείαν αὐτῶν.

Ἐν δὲ τῇ ἀρχῇ τοῦ φθινοπώρου τοῦ ͵ςϡοθ΄ ἔτους· ἐν ᾧ δὴ χρόνῳ καὶ ὁ δεσπότης κὺρ Δημήτριος τέθνηκεν ἐν Ἀνδριανουπόλει μοναχὸς γεγονώς, ὃς καὶ ἐπωνομάσθη Δαβίδ. καὶ πρὸ τῆς θανῆς αὐτοῦ ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπέθανεν ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ ἡ ἀμήρισσα· ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ ἡ βασίλισσα τέθνηκε μετά τινα ὀλίγον καιρὸν τῆς θανῆς αὐτοῦ.

Τῇ δὲ κϛ΄ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τοῦ ͵ςϡπ΄ ἔτους περιέπεσα ἐν ἀσθενείᾳ τοσαύτῃ ὥστε καὶ ἐγεγόνειν τέλειος μοναχὸς τοῦ μεγάλου σχήματος μὴ ἐννοήσας τὸ τυχόν. περὶ δὲ τὸ φθινόπωρον τοῦ ͵ςϡπα΄ ἔτους ἐπαναστρέφων ἐκ τοῦ τῆς Φραγκίας ῥηγὸς καὶ τοῦ δουκὸς τῆς Βυργυντίας ὁ καρδινάλις κὺρ Βησσαρίων, ἀπεσταλμένος ὢν παρὰ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης πρὸς τὸ εἰρηνεῦσαι αὐτούς, καθ᾽ ὁδὸν τῇ ιε΄ τοῦ Νοεμβρίου τέθνηκε· τὸ δὲ σῶμα ἤτοι λείψανον αὐτοῦ ἐκόμισαν εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ πλείστης τιμῆς, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅπου δὴ καὶ προκατέμενε, καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ προητοίμασαν πλησίον τοῦ τάφου τῆς ἁγίας Εὐγενείας τῆς ὁσιομάρτυρος.

Περὶ δὲ τὸ ἔαρ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐξῆλθε καὶ ὁ Ζουχασάνης κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἀμηρᾶ Μεεμέτη, καὶ διέδραμε

8. ὀλίγον χρόνον P  11. τῷ ͵ςϡοθ$^{ω}$ ἔτει P  15. βρυγεντίας P
23. ὁ Οὐζοὺν Χασάνης P  24. μεεμὲτ P

Thomam nomine, Mocenicum cognominatum: qui nauarchum ante Nicolaum Canalem cum filio eius et scriba comprehendit, eosque manicis ferreis constrictos Venetias ad senatum misit.

Ineunte autumno anni 6979 Demetrius despota Adrianopoli obiit monachus, David appellatus, quum paulo ante mortua esset eius filia, amerissa. eiusdem uxor, regina, non multo post obiit.

Die 26 mensis Iulii in tam gravem morbum incidi, ut perfecte monachus magni habitus factus sim: quod mihi plane praeter exspectationem accidit. autumno anni 6981 a rege Francorum et duce Burgundiae, ad quos placandos ab ecclesia Romana missus erat, rediens Bessario cardinalis, in itinere die 15 Novembris obiit. corpus eius Romam honorificentissime delatum et in templo apostolorum, ubi ante vixerat, sepultum est, sepulcro eius exstructo prope sepulcrum sanctae martyris Eugeniae.

Vere anni eiusdem Zuchasanes contra Mehemetem ameram expe-

τόπους τινὰς αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνατολὴν ἤτοι τὴν Ἀσίαν. ἐξελθὼν δὲ καὶ ὁ ἀμηρᾶς ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀπῆλθε κατ' ἐκείνου μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ πλησιάσαντες, ἡττήθη τὸ τοῦ ἀμηρᾶ στρατόπεδον παρὰ τοῦ Ζουχασάνη, ὅπερ κατ' ἐκείνου ἐξῆλθεν. ἐκεῖ δὲ ἀπεκτάνθη ὁ μπεηλέρμπεης ὁ Παλαιολόγος, ὅ ποτε υἱὸς Παλαιολόγου τοῦ Θωμᾶ ἐκείνου τοῦ Γίδου, μπεηλέρμπεης ὢν τῆς δύσεως, καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν ἐν δύσει ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων. εἶτα ἐπελθόντος κατὰ πρόσωπον τοῦ ἀμηρᾶ ἐνικήθη, καὶ ἐπιστρέψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὁμοίως καὶ ὁ ἀμηρᾶς εἰς Κωνσταντινούπολιν.

Περὶ δὲ τὸ τέλος τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους παρέλαβεν ἡ γερουσία τῶν Ἑνετῶν ἤτοι ἡ αὐθεντία κάστρον τι τὸ λεγόμενον Στροβόλιν τὸ πλησίον Κερκύρας.

Τῇ δὲ ζ' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς τοῦ ,ϛϡπβ' ἔτους τέθνηκεν ἐν τῇ ἁγίᾳ Μαύρᾳ ἡ βασίλισσα κυρία Ἑλένη ἡ Παλαιολογῖνα, μοναχὴ γενομένη καὶ Ὑπομονὴ μετονομασθεῖσα διὰ τοῦ μεγάλου σχήματος, καὶ ὁ σὺν ἡμῖν ἱερομόναχος καὶ πνευματικὸς πατὴρ κὺρ Ἱερόθεος, ὁ διὰ τοῦ μεγάλου σχήματος μετονομασθεὶς Ἰωσήφ, ὃς ἦν ἐκ νεότητος μεθ' ἡμῶν καὶ σχολίτης καὶ φίλος μέχρι καὶ τοῦ τέλους αὐτοῦ.

Τῷ δὲ θέρει τοῦ ,ϛϡπγ' ἔτους ὁ τῶν ἀσεβῶν ἄρχων στόλον ἀποστείλας κατὰ τὰ ἀνωτερικὰ μέρη τοῦ Εὐξείνου πόν-

5. Οὐζοῦν Χασάνη P  14. Σεροβίγλι P  22. ,αυοε$^{ου}$ P

ditionem molitus, aliquot eius loca in oriente sive in Asia incursavit. egressus est Cpoli contra eum ameras cum omnibus copiis suis. proelio statim inito, exercitus amerae adversus Zuchasanem eductus plane succubuit. ibi occisus est Palaeologus beglerbegus, Thomae illius Palaeologi Gidi filius, beglerbegus occidentis, multique alii principes et duces occidentis. postea, quum ipse advenisset ameras, victus et in urbem suam reversus est Zuchasanes, ameras Cpolim rediit.

Sub finem mensis Iulii anni eiusdem Venetorum res publica Strobolium castrum, iuxta Corcyram situm, occupavit.

Die 7 Novembris anni 6982 mortua est sanctae Maurae Helena Palaeologa regina, monacha facta et mutato nomine Hypomone appelláta per sanctum habitum, et qui nobiscum erat hieromonachus et pater spiritualis Hierotheus, per sanctum habitum Iosephus nominatus, qui inde a pueritia sodalis mihi et amicus fuit usque ad finem vitae.

Aestate anni 6983 impiorum dux in superiores partes ponti Eu-

του, παρέλαβε τὸ μέγα πτολίεθρον τὸ Καφᾶν λεγόμενον τῆς Χερρονήσου τῆς ἐν τῷ Ταυρικῷ. τῷ δὲ θέρει τοῦ ͵ϛϡπδ´ ἔτους ἀπῆλθεν κατὰ τῆς Βλαχίας μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. τῷ δὲ Σεπτεμβρίῳ τοῦ ͵ϛϡπε´ ἔτους ἐπέστρεψεν ἐκ τῆς Βλαχίας μᾶλλον ἡττηθεὶς ἢ ἡττήσας, καὶ τὸν μὲν μπεηλέρμπεην ἀφῆκεν ἐν τῇ Σοφίᾳ πόλει, αὐτὸς δὲ ἦλθεν εἰς Ἀνδριανούπολιν.

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ ἔτους τῇ πρώτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐπῆλθέ μοι ῥευματισμὸς εἴς τε τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ γόνατα, καὶ ἐξῆλθέ μου τοῦ στόματος καὶ ῥινὸς καὶ ὠτίων τοσοῦτος χυμὸς ὥστε ἀπελπίσθην παρὰ πάντων, καὶ τρὶς τῶν ἀχράντων μυστηρίων μετέλαβον· ὅπερ καὶ εἴθε μοι ἐπῆλθεν ὁ θάνατος, ἡ θεραπεία πάντων τῶν ἐμοὶ δυσχερῶν, γήρους 100 τε καὶ ἀσθενείας καὶ τῆς ἐνδείας. οὐ μόνον γὰρ τῶν πολλῶν καλῶν καὶ συνήθων τῶν ἐκ νεότητος ὑστερημένος ἤμην, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ἀναγκαίων τῆς καθημερινῆς τροφῆς. οἶμαι ὅτι ἡ ὑπομονὴ τῶν τοιούτων καὶ ἡ πρὸς θεὸν εὐχαριστία θεοῦ χάριτι αἰτία μέλλει εἶναι εἰς τὸ συγχωρῆσαί μοι πολλὰ τῶν ὡς πρὸς αὐτὸν ἔπταισα· οὐδὲ γὰρ γέγονεν ἐν τῷ βίῳ ἁμάρτημα οὐδὲ πρᾶξις οὔτε ἄλλη πᾶσα κακία ἣν ἐγὼ οὐκ ἐπλημμέλησα ὁ ἀνάξιος καὶ ἄθλιος, κατὰ νοῦν καὶ λόγον καὶ προαίρεσιν, θέσει τε καὶ γνώμῃ καὶ πράξει ἐξαμαρτήσας ὡς οὐδεὶς ἄλλος πώποτε. ὅμως λυτρωθεὶς τοῦ θανάτου κω-

2. ͵αυος^ου P    4. ͵αυοζ^ου P    5. νικήσας P

xini classem misit et Chersonesi Tauricae urbem magnam Capham occupavit. aestate anni 6984 in Valachiam profectus est cum omnibus copiis suis: unde anni sequentis mense Septembri victus magis, quam victor rediit, et, beglerbego in urbe Sophia relicto, ipse Adrianopolim venit.

Anni eiusdem Octobris die primo rheumatismus caput mihi et genua invasit, fluxitque tantum pituitae ex ore, naribus et auribus, ut omnes desperarent de salute mea et ter particeps fierem immaculatorum mysteriorum. utinam me abstulisset mors, medicina et requies malorum meorum omnium, senectutis, infirmitatis et inopiae. etenim non solum multis optimis viris, quorum consuetudine usus eram inde ab adolescentia, sed etiam rebus ad victum quotidianum necessariis privatus eram. spero, tantorum malorum patientiam et gratum erga deum animum, ipso propitio, veniam impetratura esse multis, quibus eum offendi, peccatis. nullum enim est in vita humana peccatum vel flagitium, nec ulla omnino nequitia, quam ego indignus et miser cogitatione, verbo et voluntate non commiserim, qui iudicio, proposito et actione peccavi, quantum nemo unquam

φὸς ἐναπέμεινα ἐκ τῆς τοιαύτης ἀσθενείας μέχρι πολλοῦ, ὥς οὐδὲ τὰ πλησίον μου σημαντήρια ἤκουον. καὶ ἵνα εἰς τὴν ἄνω πρόνοιαν ἀπαλλαγῶ μετὰ τὸ παρελθεῖν τὰς ἐναπολειφθείσας μοι τοιαύτας ἡμέρας τῆς ζωῆς ἐπελθόντος μου τοῦ θανάτου, τῆς ἀναπαύσεως τῶν ἀνδρῶν, ὡς ὁ θεῖος Ἰὼβ προσηγόρευσεν, ἐδεήθην οὕτως τοῦ θεοῦ· "ἀλλ' εἴ με, σῶτερ, ἀνάγκη παθεῖν (τίς γὰρ οἶδε τὸ βάθος τῶν σῶν κριμάτων; τῆς μὲν σῆς φιλανθρωπίας οἱονεί μου τὰ πάθη βδελυττομένης, τῆς δὲ δικαιοσύνης δρώσης τὸ ἑαυτῆς), εἰς γοῦν τὸν ἐκδεχόμενον λῆξιν τόνδε χρόνον δοῦναι δίκην ἐμοὶ παράσχου, B ἀλλὰ μὴ εἰς τὸν μέλλοντα τὸν ἀπέραντον, ἔνθα οὐκ ἔστι πραγμάτων ἀποκατάστασις. ἐνταῦθα τοίνυν ἀνακαθάρας, ἅπασι χρησάμενος τοῖς εἰς τοῦτο φέρουσιν, οὕτω τῶν τῇδε μεταστήσας ἀξίωσόν με τοῦ μὴ τῶν σῶν ἐκπεσεῖν με οἰκτιρμῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ τε καὶ φρικτῇ παρουσίᾳ σου."

Τῷ δὲ θέρει τοῦ αὐτοῦ ἔτους ‚ϛϡπέ ὁ ἀμηρᾶς ἀποστείλας πλεῖστον στρατόπεδον κατὰ τοῦ Ναυπάκτου, ἵνα παραλάβῃ αὐτόν, εἶτα εἰς τὴν ἁγίαν Μαῦραν ἐπέλθῃ· ὅθεν βοηθείᾳ θεοῦ οὔτε τὸν Ναύπακτον παρέλαβε τῷ αὐτῷ ἔτει οὔτε κατὰ τῆς ἁγίας Μαύρας ἦλθεν, ἀλλ' ὑπέστρεψεν ἄπρακτος.

Τέλος τοῦ παρόντος ἱστορικοῦ ἤτοι χρονικοῦ βιβλίου, παρ' ἐμοῦ τοῦ συγγραφέως ποιηθὲν αἰτήσει τινῶν εὐγενῶν

3. ἐναποκλαύσω P 6. ἄλλή με M 16. ‚αυοζου P 18. ἀπέλθῃ P

ante. verum enim vero liberatus a morte, ex illo morbo diu ita surdus mansi, ut ne eius quidem, qui prope me loqueretur, verba audirem. atque ut ad supremam providentiam reverterer, praeteritis his, qui mihi reliqui sunt, diebus vitae, et morte, requiete hominum, ut eam divus Iobus appellavit, sopitus, ita deum precatus sum: "quodsi, salvator, pati me necesse est (quis enim novit altitudinem iudiciorum tuorum? siquidem benignitas tua detestatur miserias meas, iustitia autem facit, quod suum est), in tempus hoc, quod finem habet, poenis me multa, non in futurum tempus, cuius nullus finis, nulla rerum reparatio est. hic igitur quum me purgaveris, usus miseriis omnibus, quae huc faciunt, ita me hinc transferre dignare, ut non excidam misericordia tua in altero tuo et horribili adventu."

Aestate anni 6985 ameras ingentem exercitum misit, qui Naupactum caperet, deinde invaderet sanctam Mauram. verum auxiliante deo factum est, ut nec Naupactum subiiceret eo anno, nec sanctam Mauram adoriretur, sed re infecta rediret.

Finis libri huius historici sive chronici, quem ego rogatu no-

Κερκυραίων, παρακαλούντων με ἵνα μὴ σιωπῇ παραλείψω ἃ οἶδα ὀφθαλμοφανῶς καὶ ἤκουσα καὶ ἀνέγνωκα. καὶ οὕτως ἔγραψα ἰδιοχείρως καὶ ἀπέδωσα ἀνὰ χεῖρας τοῦ εὐλαβεστάτου ἱερέως κὺρ Ἀντωνίου. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κύριον, εἴ ἔλαθέ τι· τὸ γῆρας γὰρ τὸ ἐμὸν καὶ ἡ δεινὴ ἀσθένεια οὐκ εἴασέ με καλῶς διορθῶσαι. ἐγράφη οὖν ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς κτίσεως κόσμου ͵ςϡπς', Μαρτίου κθ', ἰνδικτιῶνος ἑνδεκάτης.

bilium quorundam Corcyraeorum conscripsi, qui cohortabantur me, ut ne silentio premerem, quae vidissem oculis, audissem, legissem. itaque manu mea haec scripsi et in manus sacerdotis religiosissimi Antonii tradidi. lectores ignoscite mihi per dominum, si quid praetermisi. senectus enim et summa infirmitas mea non siverunt me accurate omnia elaborare. scribebam anno a mundo condito 6986, mensis Martii die 29, indictione undecima.

# IOANNIS CANANI

## DE CONSTANTINOPOLI

### ANNO 1422 OPPUGNATA

### NARRATIO.

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΑΝΟΥ

## ΔΙΗΓΗΣΙΣ

### ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ,ϛϡλ' ΕΤΟΣ,

### ΟΤΕ Ο ΑΜΟΥΡΑΤ ΠΕΙΣ ΠΑΡΕΠΕΣΕ ΤΑΥΤΗ ΜΕΤΑ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΑΡΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΠΑΡΟΛΙΓΟΝ ΤΑΥΤΗΝ ΕΚΡΑΤΕΙ, ΕΙ ΜΗ Η ΥΠΕΡΑΓΝΟΣ ΜΗΤΗΡ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΤΑΥΤΗΝ ΕΦΥΛΑΞΕ.

# IOANNIS CANANI

## NARRATIO

### DE BELLO CONSTANTINOPOLITANO ANNI AB ORBE CONDITO 6930, CHRISTI 1422,

### CUM AMURAT-BEIS FORTISSIMORUM MILITUM EXERCITU IN EAM IRRUPIT, QUAM ET EXPUGNASSET UTIQUE, NISI IMMACULATISSIMA DEI MATER CONSERVASSET.

---

*Μυστήριον βασιλέως κρύπτειν καλόν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ θεοῦ* P. 187
*ἀνακηρύττειν ἔνδοξον· εἶπε γὰρ ὁ ἄγγελος τῷ Τωβήτ. τοῦτο νῦν καὶ ἐμὲ λίαν ὠθεῖ καὶ θαρρύνει καὶ τολμηρὸν ποιεῖ κήρυκα, ὅπως τὸ πανθαύμαστον θαῦμα τῆς πανα-*

Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem dei revelare honorificum est, dixit angelus Tobiae. hoc itidem nunc me compellens animos addit, et audacem praeconem efficit, ad maxime admirandum miraculum sanctissimae meae enarrandum. verumtamen inscitia

γίας μου διηγήσομαι. ἐκκόπτει δέ με ἡ ἀπειρία τοῦ λόγου,
ἀντωθεῖ δέ με πάλιν καὶ ἕλκει τὸ ἴδιον τῆς ὀρέξεως, τὸ ἀν-
θρώπινον πάθος. καὶ ἥττημαι, καὶ τὴν ἧτταν ὁμολογῶ, καὶ
P. 188 ἀπὸ τούτων τὴν ἱστορίαν ἠρξάμην. καὶ δέομαι τοὺς ἀναγι-
νώσκοντας ταύτην καὶ τῶν γραμμάτων τὴν πεῖραν ἔχοντας,
μήτε τὸν κόρον τοῦ λόγου ἀκηδιάσωσι μήτε τὴν σολοικοβάρ-
βαρον καταγνώσονται φράσιν, ἐπεὶ κἀγὼ τῆς ἀπειρίας μου
τῶν γραμμάτων ὁμολογῶ τὴν ἀσθένειαν. ἀλλὰ οὐδὲ διὰ σο-
φοὺς ἢ λογίους ἔγραψα ταῦτα, ἀλλὰ διὰ ἰδιώτας καὶ μόνον
ὡς καὶ ἐγὼ ἰδιώτης, ἵνα οἱ ἰδιῶται ὡς ἰδιῶται ἀπεριέργως
καὶ ἀκαταγνώστως ἀναγινώσκουσι ταύτην. διὰ δὲ δὴ ταῦτα
πάντα τολμηρὸς ἐγενόμην γραφεύς τε καὶ κῆρυξ, καὶ τὸ πολυ-
B θρύλλητον θαῦμα τῆς παναγίας καὶ τὴν καθ' ἡμῶν τῶν Ἀγαρη-
νῶν ἐπιδρομὴν καὶ τὴν πολιορκίαν τῆς πόλεως ἱστόρησα κατὰ
τὴν τοῦ λόγου μου δύναμιν, καὶ ἀπὸ τούτων ἠρξάμην.

Ἐν ἔτει τριακοστῷ δευτέρῳ τῆς ἡγεμονίας τῶν βασιλέων
Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, ἐν
τῷ ἑξακισχιλιοστῷ ἐννακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει, ἰνδικτιῶνος
πεντεκαιδεκάτης, δεκάτῃ μηνὸς Ἰουνίου ἡμέρᾳ, τρίτῃ, τῆς
ἡμέρας ὥρᾳ δευτέρᾳ, κατέδραμεν αὖθις ἄφνω στρατιὰ καθ'
ἡμῶν Μουσουλμάνων, δὶς πέντε τὸν ἀριθμὸν χιλιάδες, ἔχον-
τες καὶ στρατάρχην ἄνδρα μανὸν καὶ αἱματοβόρον, καὶ τὸ
ὄνομα τούτου Μιχάλπαϊς ἐκαλεῖτο, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώ-
C ραν τὴν ὑπὸ τὴν βασιλικὴν ἐξουσίαν ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ

orationem interrumpit; sed rursus me concitat trahitque desiderium, humanus scilicet affectus. victus sum, et victoriam confiteor, et ex his historiam ordior; rogoque lectores meos, qui litterarum usu satis imbuti sunt, ne satietatem orationis fastidiant neque dicendi formulas soloecas ac barbarie plenas condemnent, cum ipse inscitiae meae imbecillitatem profitear: immo ipse haec neque doctis neque eruditis, sed imperitis, mihi imperito similibus, scribam, ut imperiti imperitorum more incuriose, et absque eo quod criminis notam inferant, perlegant. propter haec omnia audax scriptor factus et praeco, omnium ore decantatum ac concelebratum sanctissimae virginis miraculum et adversum nos Agarenorum irruptionem et urbis obsidionem, pro orationis meae modulo, scripto tradidi; et ab his exorsus sum.

Anno trigesimo secundo imperii Manuelis Palaeologi et Iohannis illius filii, orbis conditi sexies millesimo nongentesimo trigesimo, indictione decima quinta, decimo mensis Iunii, feria tertia, diei hora secunda, rursus adversum nos Musulmanorum exercitus ad decem milia hominum numeratus, ductore viro vaesano et sanguivoro, Michalpei nuncupato, extemplo irrupit, et universas urbes totamque regionem im-

ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν ἐποιήσαντο, καὶ ἡμᾶς ἀπεστέρησαν τῆσδε τῆς πόλεως πάντα τὰ πλησίον, καὶ ταύτης ἔφθειραν ἐληλάτησαν αἰχμαλώτευσαν, καὶ τοὺς μὲν τῶν ἀνδρῶν κατέσφαξαν, τοὺς δὲ καὶ πόρρω τοῦ Ἰκονίου καὶ Ἀρατζάπητας Κύφας διαβιβάσαντες, τὰς δὲ γυναῖκας ἀσελγῶς αἰσχρουργήσαντες, τὰ δὲ βρέφη εἰς περιτομὴν τῷ Μωάμεθ προσέφερον, καὶ πᾶν ζῶον ὑπὸ ζυγὸν καὶ ἄζυγον διέφθειραν καὶ ἠφάνισαν. τὴν δὲ ζημίαν τῶν γεννημάτων καὶ τῶν ἀμπελώνων τὴν λύμην τίς ἄρα καὶ ποία δυνήσηται γλῶσσα ταύτην ἐξιχνιάσαι; καὶ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τῆς συγκλείσεως ἀπαραπροσδοκήτως κατέδραμον καὶ D ἡμᾶς ἀπέκλεισαν, καὶ ὑπὸ τὴν δεσποτείαν αὐτῶν πάντα τὰ ἔξω ἐγένοντο. τὸ δὲ καὶ πῶς καὶ πόθεν καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἡ συμφορὰ καὶ φθορὰ καὶ ταῦτα τὰ δεινότατα χαλεπὰ τοῖς δυστυχοῖς καὶ ἀθλίοις ἐπέβη Ῥωμαίοις σιωπᾶν ἡμῖν ἄμεινον ἔδοξεν. τῆς δὲ πικροτάτης μάχης ἐκείνης καὶ τοῦ φρικωδεστάτου πολέμου τὸ πέρας χρὴ διηγήσασθαι. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον στράτευμα τῶν Μουσουλμάνων ἐκείνων τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἰουνίου κατέδραμε καὶ ἡμᾶς ἀπέκλεισεν, ὡς προέφημεν, τῇ δὲ εἰκοστῇ τούτου ἑτέρα ἐφάνη στρατιὰ Μουσουλμάνων ὡς νέφος χαλά- P. 189 ζης πλήρης καὶ τετρυγὸς ὀλέθριον, καὶ πᾶσαν καὶ παντοίαν τὴν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἠμαυρώσαν γῆν, καὶ ὡς φλὸξ ἀστραπῆς καιομένης πάντα κατέκαυσε καὶ ἐνεπύρισε, καὶ πᾶν ξύ-

2. ταῦτα? 3. κατέφραξαν vulgo 20. ὀλέθριος vulgo

perio obnoxiam momento temporis subegit, spoliavitque nos omnibus circa hanc urbem locis bonisque evertit, partim rebus deletis, partim praeda surreptis, partim in servitutem abactis; ex hominibus hos quidem neci tradidit, alios longe et ultra Iconium et Aratzapetas Cyphas transmisit, mulieribus vero ad impuritates omnes et turpia sibi expositis, ad vota quisque sua quantum libido tulit, abutitur; pueros circumcidendos Moametho offerunt; animalia tum iugum ferre nata tum iniugata trucidata penitus abolerunt; damna vero quae ex concisis fruticibus et vineis devastatis consecuta sunt, quis unquam aut quae oratio consequi poterit? nam statim atque urbs concludi coepta est, praeter exspectationem impetu facto nos obseravit, omniaque quae extra erant in potestatem suam redegit. tantae vero calamitatis internecionis et atrocissimorum infortuniorum, quibus miseri ac infelices Romani oppressi sunt, modum originem et causam silentio praeterire satius esse duxi, enarrare vero necessarium pugnae illius acerbissimae et horridissimi conflictus exitum. primae etenim Musulmanorum copiae, ut diximus, decimo Iunii die irruentes nos in urbe occlusere. vigesimo eiusdem alia Musulmanorum manus adveniens, veluti nubes grandinis plena, et perniciose perstrepens universam Romanis obe-

λον κάρπιμον καὶ δένδρον εὔκαρπον καὶ τὰς κουρβούλας τῶν ἀμπελώνων ἐκ ῥίζης ἀπέτεμον, καὶ πᾶν ἄλλο δεινὸν καὶ ὀλέθριον καθ' ἡμῶν ἐποιήσαντο. ὁ δὲ στρατάρχης ὁ μέγας καὶ πάντων ἐκείνων ἀμηρᾶς καὶ δεσπότης ἔφθασεν. ἦλθε μανὸς καὶ ἠγριωμένος, ἀλαζών, ἐπηρμένος, ὑπέρογκος καὶ γαυριωμένος καὶ τὴν ὀφρὺν εἰς οὐρανὸν αἴρων, καὶ ὑψηλὸς παρὰ πάντας ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ ὑπελάμβανε παρ' αὐτοῦ διοικεῖσθαι τὰ πάντα, καὶ B ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ ἄγεται ἅπας ὁ κόσμος. ἀλλὰ καὶ πάμπολλα ἄγων μηχανικώτατα καὶ μαχιμώτατα ἔργα, προσδοκῶν δι' αὐτῶν μέρος τοῦ τοίχου χαλάσαι τῆς πόλεως καὶ ἀπὸ τούτου ταύτην κατακρατῆσαι καὶ τοὺς Ῥωμαίους αἰχμαλωτίσαι καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα ἀποσβέσαι. ἀλλὰ καὶ στρατιὰς στρατιῶν καὶ γενεὰς γενεῶν καὶ πλήθη πληθῶν, πεζῶν καὶ ἱππέων, ἔσχε τοσοῦτον ὥστε ἅπας ὁ κόσμος ἐκεῖνος ἐσκέπετο ὑπ' ἐκείνων. τότε δὲ αὐτοῦ τῇ κελεύσει τοῦ Μουρὰτ Πεΐ, τῇ κλήσει τε τοῦ δεσπότου τῶν Τούρκων, ποιοῦνται παστίαν μίαν. ἀλλ' αὕτη ἡ μία πολλὰς ὑπερέβην μεγίC στους· καὶ γὰρ ἀπὸ τὸ ἓν ἄκρον τῆς πόλεως τῆς Χρυσίας ἕως τὸ ἕτερον ἄκρον τῆς Ξυλοπόρτης ἐκράτει. καὶ ἦν δὲ ἡ παστία πλησίον τοῦ κάστρου ὅσον τόξου βολήν, καὶ οὐ πλέον. καὶ ἦν δὲ πᾶσα στερεὰ καὶ ὀχυρωτάτη ἀπὸ ξύλων μεγίστων καὶ χονδρῶν σανίδων. καὶ πλοκοτὰς ἀπὸ βέργας ἔθηκαν ἔμπροσθεν τῆς παστίας, ἵνα δέχωνται τὰς σαγίττας τῶν τό-

dientem regionem devastavit, et veluti flamma ardens fulguris omnia incendit et funestavit, et omne lignum fructiferum et arborem laetos et uberes fructus ferentem et vitium truncos radicitus effodit, reliquaque atrocia ac perniciosa in nos exaggeravit. sed primarius copiarum dux, eorumque ameras et dominus, tandem pervenit. pervenit vero furens, efferatus, superbus, tumens, inflatus et iactabundus. supercilium in coelum extollens super omnes se eminere existimabat, et a se gubernari omnia suspicabatur, totum denique orbem sibi obnoxium reputabat. quinimo quamplurimis machinis aliisque bello apprime necessariis advectis, moenium civitatis partem posse se disiicere, indeque eam suo dominatu subiicere, Romanos in captivitatem adducere et Christi nomen abolere confidebat. hic innumeris fultus exercituum phalangibus, nationumque omni genere constipatus, et numerosissima tum peditum tum equitum multitudine fretus, omnia ea loca contegebat. tunc mandato hortatuque Turcarum domini Murat-Bei agger extruitur, plures alios eosque maximos superans: quippe ab extremitate una urbis, Chrysiae nempe portae, ad aliam Xyloportae extendebatur, non plus sagittae iactu a moenibus distans, valide undique constructus ac firmissimus, lignis ingentibus, crassis tabulis et com-

ξων καὶ τῶν τζαγρῶν τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν βουμπάρδων τὰς πέτρας. ὄπισθεν δὲ ταύτης ἐθέσπισεν ἵνα ἵστανται στρατιῶται ἐκ πασῶν γενεῶν τοῦ στρατεύματος τούτου τολμηροὶ καὶ ἀνδρεῖοι, τὸ μέν, ὡς τὸ ἔθος, εἰς προσοχὴν τῆς παστίας, τὸ δὲ ἵνα φυλάσσωνται δι' ἐκείνης, οἱ δὲ ἵνα μάχωνται ἐξ ἐκείνης ὄπισθεν μετὰ τζαγρῶν τε καὶ τόξων καὶ τῶν σκευῶν D τῶν μεγάλων καὶ τῶν μικρῶν τῶν ἀπείρων ὧν ἔφερον διὰ τούτου. τὰς δὲ σκευὰς τὰς μεγίστους ἐκείνας, ὁποίας εἶχον τὰς ἐλπίδας ὅτι δι' ἐκείνας τὰ τείχη τῆς πόλεως θέλουν χαλάσειν καὶ ἀπὸ τούτου τὴν πόλιν αἰχμαλωτίσαι, ἔστησαν περιέργως εἰς τόπον ἐν ᾧ σοῦδαν οὐκ εἶχεν ὁμοίαν σουδῶν τῶν ἑτέρων, ἀλλὰ κεχαλασμένη ὑπῆρχεν, καὶ ἔκπαλαι γέμουσαν χῶμαν, καὶ ἄντικρυς ταύτης πύργος εὑρέθην ἐκ συμβάσματος λίαν σεσαθρωμένος καὶ ἐσχισμένος ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. καὶ προσδοκῶντες οἱ Τοῦρκοι ὅτι τῶν μεγίστων βουμπάρδων αἱ πέτραι τὸν σεσαθρωμένον πύργον ἐκεῖνον θέλουν χαλάσειν, p. 190 καὶ ἐπεὶ ὁ τόπος σοῦδαν οὐκ ἔχει τοὺς Τούρκους νὰ ἐμποδίσῃ, ἀκωλύτως εἰς τὸ ἔξω κάστρον θέλουσι φθάσειν, καὶ ἐκ τοῦ χαλάσματος τοὺς Ῥωμαίους θέλουν διώξειν, καὶ τὴν πόλιν θέλουν δουλώσειν. πλὴν εἰς κενὸν ἐκατήντησε τέλος ἡ τῶν ἀσεβῶν προσδοκία, ἐπεὶ ἑβδομήκοντα βοκία τῆς βολῆς τῆς μεγίστης ἐκείνης τὸν σεσαθρωμένον ἐκεῖνον ἔκρουσε πύρ-

12. γέμουσα?

plicatis virgis ac viminibus anteriore sui parte communitus, ut sagittae arcuum tzagrorumque a Romanis emissae saxaque bombardarum exciperentur. in aggeris posteriore parte, ut ille praeceperat, milites omnis generis ex exercitu selecti audaces fortesque permanebant, tum ut pro more aggerem defenderent, tum ut ab eo defenderentur, indeque pugnam retro stantes cum tzagris et arcubus aliisque machinis, et parvis et ingentibus, prope innumeris, hanc ob causam advectis, consererent. apparatus vero reliquos, eosque ingentes, quibus se sperabant moenia urbis posse disiicere indeque civitatem capere, accurate eo in loco erexere in quo nulla fossa aliis consimilis erat, cum ruinis convulsa ab antiquo tempore terra oppleretur. evenerat quoque ut turris illi adversa maxime putris et ruinosa ab ima sede ad verticem summum diffinderetur. hinc Turcae sperabant ingentium bombardarum saxis putrem illam ac fragilem turrim facili sese negotio in planum effusuros, et cum nulla esset fossa quae retardaret impetus, ex facili in exteriorem urbem illapsuros, deque illa ruina Romanum militem repulsuros civitatemque debellaturos. veruntamen impiorum confidentiae exitus non respondit: namque licet turris putrida machinae maximae septuaginta ictibus contusa fuisset, nulla inde

γον, καὶ οὐδεμίαν βλάβην τοῖς Ῥωμαίοις τοῦτο προυξένησεν,
ἀλλ' οὐδὲ τοῖς Τούρκοις ὠφέλειαν. ἦν γὰρ ὁ τόπος καὶ σοῦδα
καὶ πύργος πλησίον Κυριακῆς τῆς ἁγίας, μέσον Ῥωμανοῦ
τοῦ ἁγίου καὶ τῆς Χαρσῆς τε τὴν πύλην, καὶ πλησιέστερον
B τούτων εἰς τὸν ποταμὸν τὸν ἐπονομαζόμενον Λύκον. καὶ
ταῦτα μὲν περὶ τῶν βουμπάρδων τὴν ἀπραξίαν· περὶ δὲ
τῶν ἄλλων τῶν κατασκευῶν τῶν μαχίμων, τῶν παντοίων
ἐκείνων τῶν κατὰ τῆς πόλεως εἰργασμένων εἰς πολιορκίαν
ἐκείνης καὶ ἀφανισμὸν τῶν Ῥωμαίων, τίς διηγήσεται ἄρα;
πλὴν ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγας διηγήσομαι ἄρτι. πύργους ξυλί-
νους μεγίστους μὲ τροχοὺς σιδηροδεσμουμένους πολλοὺς ἐποιή-
σαντο τότε, ὅσον τὸ ὕψος τῶν πύργων τῆς πόλεως· μᾶλλον
καὶ ὑπερεῖχον ἐκείνους. καὶ ζεύγη βοῶν καὶ βουβαλίων ἀπεί-
ρων εἶχασιν ἐξ ἑτοίμου, ἵνα τοὺς πύργους ταυρίσουσι μετὰ
σχοινίων καὶ πλησίον τῆς σούδας φέρωσιν καὶ ἐξ ἐκείνων τὸ
ἔξω κάστρον πολεμήσωσι καὶ ἀφανίσωσιν. ἀλλὰ καὶ φαλκού-
C νια ἐποιήσαντο καὶ χελώνας καὶ ἀρκουδάμαξα καὶ ἄλλα πολλὰ
ξύλινα καὶ μηχανικώτατα ἔργα, καὶ ἑλεπόλεις ἐκατεσκεύασαν
καὶ μηχανικὰς ἀγκάλας μὲ τροχοὺς μικρούς, καὶ μεγάλας σκε-
παστὰς καὶ μεσέας ὑπὲρ ἀριθμὸν διεπράξαντο, καὶ κατέναντι
τῶν πόρτων τῆς πόλεως τεράστια μεγάλα εἰργάσαντο, κάστρη
ξύλινα ὑπερμεγέθη ἐποιήσαντο μὲ τροχοὺς σιδηροδεσμομένους,
ὥστε τοὺς θεωροῦντας ἐκεῖνα καὶ ἀγνοοῦντας τῶν κάστρων

2. ἦν] πλὴν vulgo

Romanis noxa, nullum hostibus emolumentum accessit. erat vero locus et fossa prope templum sanctae Cyriacae, inter sanctum Romanum et portam Charsae, propius flumini cui Lyco nomen. et haec quidem de bombardarum irritis et sine profectu ictibus. de reliquo vero apparatu bellico, vario quidem illo ac multiplice ad obsidendam urbem Graecosque dissipandos congesto, quis enarraverit? ipse ex multis pauca admodum in medium proferam. turres ligneas maximas, rotis ferro colligatis, multas eo tempore compegerunt ad altitudinem urbis turrium, quas etiam superabant; iuga boum ac bubalorum innumera, qui traherent eas funibus et ad fossas eveherent cum opus fuisset, congesserant, ut illis munimenta urbis exteriora oppressa disiicerent. item phalcunia, testudines, arcudamaxa diversaque alia lignea ex abdita mechanicorum disciplina instrumenta et obsidionalia fabricarunt; necnon ancalas cum rotis parvis, ingentes etiam et coopertas et medias supra numerum confecerunt, et adversus urbis portas monstrosas magnasque machinas condiderunt, castella lignea quam maxima rotis ferro circumligatis innixa; ita ut ea intuentes et urbium

τοὺς πολέμους, καὶ τὸ ἀχρησίμευτον γὰρ ἐκείνων καὶ λίαν ἐξέπληξε καὶ μέγα ἐθρόησε. ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἄλλοι ἔσκαπτον ἐκ τῆς παστίας ὄπισθεν, καὶ εἰς βάθος πολὺ ἐκατέβησαν, ὡς ἵνα κάτωθεν ἀπὸ τὴν κάτω ὄψιν τῆς σούδας περάσωσιν ἀθεώρητοι τὴν νύκτα ἄνω ἱσταμένων Ῥωμαίων καὶ D μαχομένων, καὶ φθάσωσιν εἰς τὰ τείχη τοῦ καθολικοῦ καὶ μεγίστου κάστρου τῆς πόλεως, καὶ κόψωσι τοῦτο λαθραίως πάντων, καὶ πουντελειάσωσιν κατὰ τὸ ἔθος τῶν πολεμούντων, εἶτα πῦρ εἰς τὰ ξύλα τῶν πουντελείων ἀνάψωσιν, ὅπως τὴν ξυλίνην κατασκευὴν τὴν κρατοῦσαν τὸ κάστρον καταφλέξωσιν, καὶ ἄφνω πεσοῦνται τὰ τείχη τῆς πόλεως, καὶ ἅμα εὐθὺς τῶν Τούρκων τὰ στρατεύματα θρασέως κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐμβάλλουσιν καὶ ἐκ τοῦ χαλάσματος ἐκείνου διώξουσιν καὶ τὴν πόλιν κρατήσουσιν. ἄλλοι τοὺς ἀγωγοὺς ἐγύρευον τοὺς ἔκπαλαι τὸ νερὸν εἰς τὰς στέρνας τῆς πόλεως ἔφερον, ὅπως τινὰ ἐξ αὐτῶν ἐπιτύχωσιν, καὶ λαθραίως τῶν Ῥωμαίων διὰ τοῦ ἀγωγοῦ ἐντὸς γενέσθαι τῆς πόλεως νυκτός, ἀπαραπροσδοκήτως P. 191 ταύτην κρατήσουσιν καὶ αἰχμαλωτίσουσιν. πλὴν καὶ κήρυκας ἐξαπέστειλε πανταχόθεν ὁ δεσπότης τῶν Τούρκων, καὶ διελάλησαν οὕτως, καὶ εἶπον ἐνόρκως ὅτι τῆς πόλεώς τε τὸν πλοῦτον καὶ τὸν λαὸν ἅπαντα ὁ ἀμηρᾶς εἰς διακομὰν παραδίδη καὶ κοῦρσος τοῖς Μουσουλμάνοις, καὶ φθάσετε εἰς τὸ κέρδος. ταῦτα μὲν εἶπε, μετὰ τεχνάσματος δὲ τοιούτου ὅπως νὰ συναχθῶσι τὰ στρατεύματα πάντα τῶν Μουσουλμάνων, ὁποῖον

7. κάψωσι? σκάψωσι? 17. γενόμενοι?

violentas invasiones ignorantes, licet ex illis nulla consequeretur utilitas, in stuporem acti prae metu occiderent. alii terram post aggerem suffodientes in profundum ingens sese immerserant, ut subterraneo gressu infra aggerem invisi nocte, Romanis sursum confligentibus, ad muros ingentis castri urbis pervenirent, illudque clanculum effoderent et pro more obsidentium stipitibus suffulcirent, tum facibus illatis incenderent, ut apparatu ligneo castrum sustinente combusto subito civitatis muri corruerent, sicque illico audacterque Turcarum exercitus in Graecos irruerent, et ex ruina illa fugatis hostibus urbe potirentur. alii conductus, qui antiquo aevo in civitatis cisternas aquam deferebant, seduli conquirebant, ut per eos, si sors se obtulisset, clam noctu urbem ingressi, inexpectati cives adorirentur et servitute opprimerent. misit praeterea ad omnes Turcarum princeps praeconem, qui ita voce declararet et iureiurando firmaret, "urbis divitias omnes et universum populum ameras praedam rapinamque Musulmanis concedit: ad pulchram itaque praedam alacres accedite." et haec qui-

καὶ ἐγένετο τότε· ὡς γὰρ ἐξεχύθη ἡ φήμη εἰς τὰ ἔθνη τῶν
Μουσουλμάνων πῶς ἐπαραδόθην ἡ πόλις εἰς διαγουμὰν καὶ
B αἰχμαλωσίαν, σχεδὸν ἐκ πάσης γῆς καὶ γενεᾶς Μουσουλμά-
νων ἔφθασαν πρὸς τὸ κέρδος μὴ μόνον οἱ ἐπιστήμονες εἰς
τὰ κούρση καὶ τοὺς πολέμους, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀνεπιστήμονες καὶ
σαρλίδες, τουτέστι πραγματευταὶ, καταλλάκται, μυροψοὶ καὶ
τζαγκάροι, ἀλλὰ καὶ Τουρκῶν πολλοὶ καλογέροι. ὑπ' αἰτίας
τοιαύτης ἐσυνήχθησαν πάντες, οἱ μὲν στρατιῶται διὰ τὸ κοῦρ-
σος, οἱ δὲ σαρλίδες ἵνα ἀγοράσουν τὰ κουρσιμαῖα ἤγουν τοὺς
αἰχμαλώτους, καὶ οἱ μὲν τὰς γυναῖκας, ἄλλοι τοὺς ἄνδρας,
ἄλλοι τὰ βρέφη καὶ ἄλλοι τὰ ζῶα καὶ ἄλλοι τὰ πράγματα,
οἱ δὲ Τουρκοκαλογέροι τὰς καλογραίας ἡμῶν κέρδος καὶ κοῦρ-
C σος εὐεργεσίαν νὰ ἔχουν παρὰ τοῦ δεσπότου τῶν Τούρκων.
διὰ γοῦν τὴν προσδοκίαν ταύτην ἐσυνάχθησαν ἐκ πάσης τῆς
γῆς Μουσουλμάνων ἀναρίθμητα πλήθη, ὥστε ἐκατεθαύμαζον
πάντες οἱ θεωροῦντες τὴν πλησμονὴν τοῦ φωσάτου. τότε δὴ
καὶ σαγίττας συνῆξαν τοσοῦτον ἀναρίθμητον πλῆθος ὥστε ἐδυσ-
πιστοῦμεν τὸ πρῶτον τὴν φήμην τοῦ λόγου ἕως τοῦ πολέ-
μου τὴν ὥραν. ἡ δὲ συναγωγὴ τούτων ἐγένετο οὕτως· πᾶσα
οἰκία παντὸς ἀνθρώπου τοῦ εὑρισκομένου εἰς τὴν δεσποτείαν
τῶν Τούρκων ἀνατολῆς καὶ δύσεως πάσης δέδωκε τούτων ἑκά-
στη ἀπὸ δέκα ἕως εἴκοσι σαγίττας τῶν τόξων. ἀλλὰ καὶ
D πλείονας τούτων ἐτόξευσαν τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ὁποίας τὸ

dem ille eo consilio, ut simul omnes Musulmanorum exercitus, quod et factum est, concurrerent. namque ut nuncius ille ad Musulmanorum nationes allatus est, reginam urbium in praedam esse datam et servitutem, fere ex universa terra et Musulmanorum nationibus ad lucrum propositum advolarunt, non tantum bellandi praedandique gnari, sed et inexperti aliusque generis ac artificii homines, veluti mercatores, numularii, unguentarii, calceolarii, sed ex Turcis etiam qui se solitariae vitae astrinxerant. ob similem omnes causam accurrerunt, milites praedandi causa, alii ut praedam servituti addictam, alii mulieres, alii viros, alii pueros, alii animalia, alii supellectilem redimerent; solitarii moniales nostras praedam rapinamque sibi concedi a Turcarum principe impetrarent. hac expectatione ex universo terrarum orbe innumera prope Musulmanorum multitudo collecta est, ut quicunque copias affluentes intueretur, obstupesceret. tum et sagittarum abundantia tanta cumulata est, ut prope incredibilis de ea rumor nobis videretur, donec tempore belli id experti credidimus. hoc vero modo ea abundantia procurata est. singulae domus cuiuscunque hominis, qui sub potestate et dicione Turcarum erant, sive is in Oriente sive Occidente habitaret, sagittas arcuum non minus decem ad viginti

ἁρματοφυλάκιον εἶχε τοῦ Τούρκου καὶ τὰ ταρχάσια τοῦ φωσάτου. εἶχε καὶ μετ' αὐτοῦ τότε σιδηροδεσμομένους τοὺς ἀποκρισιαρίους τοῦ βασιλέως, ὁποίους αὐτὸς ἠτήσατο μᾶλλον ἵνα πέμψῃ περὶ εἰρήνης τε καὶ ἀγάπης. αὐτὸς δὲ ὡς βάρβαρος ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος σίδηρα καὶ φυλακὰς αὐτοὺς κατεδίκασε, καὶ τοὺς ἀναιτίους ὡς ὑπαιτίους ἠπείλει εἰς θάνατον, προβαλλόμενος δὲ τάχα καὶ αἰτίαν, ἀλλὰ ψυχράν· ἔλεγε γὰρ διότι με οἱ Ῥωμαῖοι ἀναισχύντως συνέτυχον, διὰ τοῦτο αὐτοὺς εἰς φυλακὴν κατεδίκασα. ἀλλὰ καὶ τότε τις τῶν Μουσουλμάνων ὑψηλός τε καὶ μέγας καὶ φοβερὸς παρ' ἐκείνοις, ὡς ὅτι ἐκ σειρᾶς τε καὶ γένους τοῦ Μουχουμὲτ κατή- P. 192 γετο. τοῦτον καὶ ὡς πατριάρχην αὐτὸν ἐτιμοῦσαν, καὶ ὡς προφήτην αὐτὸν προσεκύνουν, καὶ ἐσέβοντο τοῦτον ὡς αὐτὸν τὸν Μωάμεθ. τοσοῦτον καὶ τοιοῦτος μέγιστος ἦν ἐκεῖνος ὅτι τὴν θυγατέρα τοῦ ἀμηρᾶ καὶ δεσπότου τῶν Μουσουλμάνων παρθένον οὖσαν ἥρπαξε παρὰ γνώμην ἐκείνου καὶ ἔφθειρε καὶ ἐκράτησε, καὶ ἔσχεν ἐκείνην ἐν τῷ κοιτῶνι καὶ τῷ κλινιδίῳ ἐκείνου, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησεν αὐτὸν σκῶψαι ἤτοι εἰπεῖν πρὸς ἐκεῖνον. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὁ ἀμηρᾶς καὶ ἀδελφὸς ὁ τῆς κόρης εἶπεν "ἡγίασε ταύτην ἡ συνουσία τοῦ πατριάρχου τοῦ συγγενοῦς τοῦ Μωάμεθ, καὶ τὸ γεννηθὲν ἐξ ἐκείνης ἅγιον ἔστω ὡς ἐξ αἵματος τοῦ Μωάμεθ κατὰ τὸν νόμον καὶ ἁγιασμὸν τοῦ Ῥασοὺλ B

etiam praebuit; et plures etiam his, cum proelium iniretur, volarunt, quas Turcarum armamentarium et exercitus pharetrae continebant. convehebat una secum eo tempore imperatoris oratores ferro miseris modis compeditos, quos ipse pro ineunda pace ac foedere postulaverat. sed tum veluti barbarus immitis atque immisericors vinculis ferreis astrictos in custodiam dederat, innoxiosque tanquam noxios condemnaverat, quibus etiam mortem minitabatur, causatus insulse admodum; aiebat siquidem "Graeci me impudenter atque irreverenter allocuti sunt, proptereaque eos in carcerem et vincula conieci." tum porro quidam ex Musulmanis procero grandique corpore, et apud illos terribilis, quod de progenie et de prosapia Mahometis esset. hunc illi veluti patriarcham colebant et veluti prophetam venerabantur, aequalemque illi cultum ac Mahometo praestabant. hic tanta apud eos auctoritate pollebat, ut amerae Turcarum principis filiam virginem praeter illius sententiam raptam devirginaverit secumque retinuerit, et licet cum ea in cubiculo lectuloque consuesceret, nemo eum vel reprehendere vel aliquid enuntiare ausus fuerit. immo potius ameras et puellae frater dixerunt "concubitus patriarchae Mahomethi consanguinei eam sanctificavit, et quod nascetur ex ea sanctum erit, quippe ex sanguine Mahomethi, secundum legem sanctificatio-

Μαχουμέτη." αὐτὸς δὲ ὁ μέγιστος καὶ πολὺς παρ' ἐκείνοις ὁ εὐγενὴς πατριάρχης, ὃν εἶχον προορατικὸν καὶ προφήτην, τοὔνομα Μηρσαΐτης τῇ Περσικῇ διαλέκτῳ, ἀπέστειλεν ἀποκρισαρίους ἀπὸ τῆς Προύσης ἧς ἐκατοίκει πρὸς τὸν δεσπότην τῶν Τούρκων, καὶ εἶπεν "ὅρα μήπω συνάψῃς πόλεμον μετὰ τῶν Ῥωμαίων καὶ τὸν στρατὸν ἀπολέσῃς καὶ τὰ γένη τῶν Μουσουλμάνων, ἕως ὅτε ἐγὼ νὰ φθάσω καὶ δηλώσω τὴν ὥραν τῆς συμπλοκῆς τοῦ πολέμου, ὡς ὁ μέγας ἡμῖν διδάσκει Ῥασοὺλ ὁ προφήτης. καὶ γινώσκω δὲ τοῦτο ὡς προορατικὸς καὶ προ-
C φήτης." ταῦτα δὲ ἀκούσας τῶν Τούρκων ὁ δεσπότης ἔπραξεν ὡς ὡρίσθην, καὶ ἀνέμενε τὸν ψευδοπροφήτην. καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἔφθασεν. ἦλθεν ὁ Μηρσαΐτης καὶ πατριάρχης τῶν Τούρκων μετὰ πεντακοσίους Τουρκοκαλογέρους, ἐπὶ ἡμιόνου καθήμενος, καὶ τῷ σχήματι σοβαρώτατος καὶ τὸ μεγαλεῖον δεινότατος. τὰ δὲ πλήθη τῶν Μουσουλμάνων εἰς ὑπαπαντὴν ἐξέδραμον τὴν ἐκείνου, καὶ ὡς ἄγγελον ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα τὰ μωροθαύμαστα γένη τῶν Τούρκων ὑπεδέξαντο τοῦτον, καὶ μὴ μόνον τοὺς πόδας ἐκείνου ἠσπάζοντο καὶ τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἡμιόνου τοὺς χαλινοὺς καὶ τοὺς πόδας οὗ ἐποχεῖτο. ὁμοίως καὶ ὁ δεσπότης τῶν Τούρκων δουλο-
D πρεπῶς ὑπεδέξατο τοῦτον. αὐτὸς δὲ σοβαρὸς καὶ μεγαλοϋπέροχος ἑωρᾶτο τοῖς πᾶσιν. πλὴν δὲ ἐπηρμένος καὶ γεγαυριω-

nemque Rasulis Mahometi." hic itaque maximus et maxima apud eos auctoritate praeditus nobilis patriarcha, quem illi rerum futurarum prospectorem et praecentorem reputabant, Mersaita dialecto Persica nuncupatus, misit Prusa, in qua sibi domicilium elegerat, ad Turcarum principem legatos, qui dicerent "cave ne cum Romanis pugnam ineas, et exercitum gentemque perdas Musulmanorum, donec ipse advenero indicaveroque tempestatem conflictus, ut magnus nos docet Rasulus propheta: hoc vero cognosco, quippe qui divina mente res prospiciam et praedicam." haec audiens Turcarum princeps iussibus obediit, et pseudoprophetam expectabat, qui non multos post dies advenit. accessit Mersaita et patriarcha Turcarum cum quingentis Turcis solitarium institutum professis, mulae assidens, figura insolentissimus, fastu vehementissimus. Musulmanorum copiae illi obviae factae sunt, et tanquam angelum de caelo nationes illae Turcarum, quibus res ineptissimae stultissimaeque admirationem movent, proni excipiunt, neque manus illius pedesque tantummodo deosculantur, sed et mulae qua vehebatur frena et pedes. eadem ratione et Turcarum princeps serviliter eum excipit. ille gravis aliosque maximo intervallo supereminens omnes, necnon superbia tumens, et magnifice sese iactans atque ostentans, veluti procerus et magnus et de prosapia

μένος ὡς ὑψηλός τε καὶ μέγας καὶ ὡς ἀπόγονος τοῦ Μωάμεθ ἐκατεδέξατο μόλις, καὶ ἐφθέγξατο ταῦτα: "γινώσκετε Μουσουλμάνοι, καὶ σὺ αὐτὸς ὁ πάντων τούτων δεσπότης. ἐγὼ μὲν ἀπεστάλην παρὰ τοῦ μεγάλου προφήτου Ῥασοὺλ Μαχουμέτη, ἵνα ὑμῖν εἴπω τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ὡς προορατικὸς καὶ προφήτης, ὅπως δουλώσωμεν τοὺς Ῥωμαίους καὶ αἰχμαλωτίσωμεν καὶ τὴν πόλιν. ἑτοιμάζεσθε δὲ πρὸς τοῦτο ἕως ὅτου νὰ φθάσῃ ἡ ὥρα, ὁποίαν ἐγὼ γινώσκω." καὶ ταῦτα εἰπόντος ἀπέβη τοῦ ἡμιόνου οὗ ἐποχεῖτο, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν τένταν τὴν ἱσταμένην ἀπὸ κεντούκλου, καὶ ἤρξατο ἀνα- P. 193
γινώσκειν τὰς βίβλους τοῦ Μωάμεθ καὶ τὰ Ῥάμπλια πράττειν. μετὰ ὑποκρίσεως δὲ ταῦτα ἐποίει, ὡς ἵνα ἀπατῶνται οἱ Τοῦρκοι καὶ προσκυνοῦν καὶ δοξάζουν ὡς προφήτην ἐκεῖνον, καθὰ καὶ ὁ δεσπότης τῶν Τούρκων καὶ πάντες οἱ Μουσουλμάνοι ἀληθῆ καὶ βέβαια κρατοῦσιν πάντα τὰ λαληθέντα ἐκ τούτου, καὶ πάντες τὴν κέλευσιν ἔμενον τὴν ἐκείνου, ἵνα προστάξῃ τοῦ πολέμου τὴν ὥραν καὶ δράμωσι πάντες καὶ κρατήσωσι τὴν πόλιν καὶ τοὺς Ῥωμαίους αἰχμαλωτίσωσι πάντας. ταύτῃ δὴ ἡ κενὴ καὶ ματαία ἐλπὶς μέγα θράσος καὶ τόλμην καὶ εὐφροσύνην τοῖς Τούρκοις ἐνέπλησε τότε, καὶ B
ἀπὸ τούτου ἔχαιρον καὶ ἐσπατάλουν. ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα τὰς παλάμας ἐκρότουν, καὶ τοῦ Μηρσαΐτη τὴν φωνὴν ἀνέμενον ὡς ἀγγέλου ἀληθεστάτου, ὡς ἵνα αἰχμα-

Mahometi, vix tandem sermonem in se assumpsit, dixitque "scitote Musulmani, et tu qui omnibus praees, me a magno propheta Rasule Mahometo missum fuisse ad conflictus tempus, tanquam qui futura praenosco et vates sum, praenuntiandum, ut Graecos in servitutem, urbem in captivitatem dedamus. accingite ergo vos et praeparate, dum quod ipse novi tempus advenerit." his dictis mula qua vehebatur descendit, et in tentorium introit ex centumculis confectum, coepitque libros Mohameti percurrere et Ramplia conficere, sed cum simulatione, ut Turcae decepti ipsum tanquam prophetam venerarentur et adorarent; quemadmodum Turcarum princeps et reliqui Musulmani vera firmaque credebant quae ille edixerat, iussaque illius expectabant, ut tempus pugnae praeciperet; tum enim fore ut ipsi convolantes urbe potirentur, Graecosque omnes in captivitatem abducerent. haec vana spes ac futilis magnam Turcis eo tempore vim et audaciam necnon laetitiam abunde conciliavit, et ex eo tempore gaudio gestiebant et deliciose vitam agebant, imo die noctuque palmas percutiebant, vocemque Mersaitae expectabant tanquam veracissimi angeli ad Graecos captivandos. singulis quoque diebus ac noctibus, imo horis linguam adversus nos veluti utrinque praeacutum ensem agitabant,

λωτίσουσι τοὺς Ῥωμαίους. ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα καὶ ὥραν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν καθ' ἡμῶν ὡς δίστομον ξίφος ἠκόνιζαν, καὶ φωνὰς ἀγρίους καὶ ἀνημέρους ἔλεγον ἀναιδῶς καὶ ὑβριστικῶς. μὴ μόνον κατὰ πατριαρχῶν τε καὶ βασιλέως αἰσχροτάτας φωνὰς ἀνέπεμπον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῆς πίστεως ἡμῶν τολμηρῶς ὀνειδίζοντες καὶ ἀναιδῶς βλασφημοῦντες ἔλε-
C γον "ποῦ ὁ θεός σας, ὦ σκοτεινοὶ Ῥωμαῖοι; ποῦ ὁ Χριστός σας; ποῦ εἶναι οἱ ἅγιοί σας νὰ σὰς βοηθήσουν; αὔριον τὴν πόλιν ἐπέρνομεν, καὶ ἐσᾶς αἰχμαλώτους καὶ σκλάβους ἔχομεν, καὶ τὰς γυναῖκάς σας καὶ τὰ παιδιά σας ἔμπροσθεν ὑμῶν ἀτιμάσωμεν, καὶ τὰς καλογραίας σας μὲ τοὺς Τουρκοκαλογέρους νὰ παντρέψωμεν. μὰ τὴν πίστιν μας ἀλήθεια ὁ προφήτης μας ἔτζη λέγει." ταῦτα δὲ ὡς βέβαια καὶ ὁμολογούμενα οἱ ἀσεβεῖς εἶχασι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν θεὸν ἡμῶν ὀνείδιζον ἀσεβῶς ταῦτα. ὡς δὴ ἔφθασεν ἡ τελεία ἡμέρα τοῦ πολέμου τῶν Τούρκων, ὁποίαν παρ' ἐκείνοις ὁ μέγας προεθέσπισε Μηρσαΐτης ὁ προφήτης ἐκείνων, εἶπε πρὸς τὸν στρα-
D τάρχην καὶ δεσπότην τῶν Μουσουλμάνων "μὴ βράδυνε ἐπὶ πλέον, ἀλλὰ ταχέως τὰς τάξεις τάξον καθοπλισθῆναι, καὶ πᾶν μηχανικώτατον καὶ πολεμικώτατον ἔργον ἔχοντες ἐξ ἑτοίμου, καὶ σὺν τούτοις γενέσθω τῆς πόλεώς τε πλησίον ὅσον τόξου βολὴν εἰς τὸ κάστρον. καὶ σύνθημα" εἶπε "προστάσσω τοιόνδε. ὅταν ἐφ' ἵππου ὑψηλοῦ με καθήμενον θεωρήσητε καὶ ἐν δεξιᾷ τῇ χειρί μου σπάθην γεγυμνωμένην θεάσητε καὶ τρὶς

4. πατριάρχου? 12. ἀληθῆ ἅ?

voces efferas atque inhumanas impudenter iniurioseque emittentes; non tantum patriarcham et imperatorem, sed fidem etiam nostram audacter improperantes et inverecunde blasphemantes. "ubi est deus vester? o tenebricosi Romani! ubi Christus vester? ubi sunt sancti vestri, qui vobis opem tulerunt? cras urbe potiemur, et vos servos captivosque abducemus; uxoribus vestris et filiis vestris, vobis inspectantibus, vim inferemus: vestras moniales cum Turcarum monachis desponsabimus. per fidem nostram vere haec propheta noster praedicat." haec autem tanquam firma certaque impii tenebant, ideoque iurgia illa impia in deum nostrum effundebant. cum tandem postrema belli Turcici dies advenit, quam illis magnus praevaticinatus fuerat Mersaita Turcarum vates, dixit copiarum ductori Musulmanorumque principi, "ne diu moras traherent, sed quantocyus iuberet ordinibus, ut se arment et machinas omnes et ad bellum necessaria instruant, ut prompta sint: postea prope urbem ad teli iactum conferantur. signum esto, quod iubeo. cum me super equum altum se-

τῆς φωνῆς μου ἀκούσητε, μετὰ βοῆς καὶ κραυγῆς καὶ ὁρμῆς
καὶ κρότων καὶ ὀργάνων κατὰ τῶν Ῥωμαίων εἰσβάλετε, καὶ αὐ-
τομάτως πεσοῦνται τὰ τείχη τῆς πόλεως, καὶ ἀκωλύτως γενέ-
σθαι ἐντὸς καὶ ταύτην αἰχμαλωτίσατε." καὶ ταύτας μὲν τὰς
ληρολογίας ὁ Μηρσαΐτης ὡς βεβαίας ὁμολογῶν τοῖς Μου-
σουλμάνοις δημηγορῶν ἔλεγεν, ὡς ἔχων τὰς προφητείας ἐκ τοῦ
Μωάμεθ καὶ Ῥασοὺλ Μαχουμέτη τὰς βίβλους. καὶ αὐτὸς P. 194
μὲν εἶπε ταῦτα, ὁ δὲ στρατάρχης καὶ δεσπότης τῶν Τούρκων
τὸ κελευσθὲν ἐκπληρώσας καὶ προστάξας τὰς τάξεις ἁπάσας
καθοπλισθῆναι, καὶ πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ πολέμου φέ-
ροντες ἀνὰ χεῖρας, εὐθὺς τὰ πλήθη τῶν Μουσουλμάνων καὶ
τὰ στρατεύματα πάντα τὸ προσταχθὲν ἐκπληροῦσι, καὶ μὲ
ὅπλα παντοῖα καὶ παρασκευὰς τὰς μεγίστας καὶ τὰ μηχανι-
κώτατα ἔργα ἐσπάραξαν κατὰ τάξιν. καὶ οἱ μὲν σκάλας ἔφερον,
καὶ σκάλας παντοίας, μικρὰς καὶ μεγάλας, ἄλλοι δὲ τζόκους,
καὶ ἕτεροι συστάς, καὶ ἄλλοι πῦρ μετὰ μαζαλάδων, ἕτεροι
δὲ σκλώπους, ἄλλοι δὲ σιδηρᾶ μάχιμα ὅπλα δρεπανηφόρα μετὰ
κονταρίων μακρέων τὰ ἐπονομαζόμενα φάλκας, ἕτεροι δὲ σκου- B
τάρια στερεὰ καὶ μεγάλα, καὶ τὰ πάντα μετὰ σιδήρων, καὶ
πλοκοτὰς δὲ ἄλλοι, καὶ παβέτζια ἄλλοι, ἄλλοι δὲ ἀγγύρας
σιδηρέας, καὶ ἄλλο πολεμικὸν ἔργον ἔφερον ἀνὰ χεῖρας. καὶ
κατάφρακτοι πάντες μετὰ ἰσχυρᾶς καὶ σιδηρᾶς πανοπλίας καὶ
περικεφαλαίας μεγίστας. καὶ τοσοῦτον ὑπῆρχε τῆς στρατιᾶς
ἐκείνης τὸ πλῆθος ὅτι ἀπὸ τὸ ἓν ἄκρον τῆς πόλεως τῆς Χρυ-

dere et in dextera mea nudum ensem conspicietis, terque vocem meam cum clamore et strepitu et impetu et applausibus et organis audieritis, in Graecos impetum facite; et ultro urbis moenia corruent, et vos nullo obstante ingressi praedam agite." et has quidem nugas Mersaita tanquam certas ac stabiles Musulmanis pro concione garriebat, quippe qui Mahomethi vaticinia et Rasulis Mahomethi libros possideret. et haec ille; at copiarum ductor princeps Musulmanorum imperio audiens ordinibus omnibus praecipit, ut sese arment et apparatum omnem bellicum manibus tractent. subito copiae Musulmanorum et universi exercitus iussa exequuntur, et armorum omne genus et apparatus copiosissimos et machinas ordine disponunt: alii scalas ferebant, scalas varias, magnas parvas, alii stipites, alii trabes, alii ignem cum mazaladis, alii sclopetos, alii armamenta ferrea ingentia, omnia ferro circumsepta, alii plocotas, alii pavetia, alii ferreos uncos et omne bellicum instrumentum, armatura undique muniti valida et ferrea et ingentibus galeis. militum numerus in tantum creverat, ut ab uno extremo portae Chrysiae ad aliud Xyloportae

σίας ἄχρι καὶ τὸ ἕτερον τὸ ἄκρον τῆς Ξυλοπόρτης ἐκράτει. οἱ δὲ στρατηγοὶ τοῦ φωσάτου τὰς συντάξεις τῶν Τούρκων ἔστησαν κατὰ τάξιν πλησίον τοῦ κάστρου, ὡς ἐθέσπισεν ὁ ψευδοπροφή-
C τῆς. τοὺς δὲ τοξότας ἐκείνους τοὺς ἀναριθμήτους τῶν Τούρκων ἐκέλευσαν πάντας ὁμοῦ τοξεύειν ἐπάνω τοῦ κάστρου καὶ τῶν προμαχιονίων, ὡς ἵνα λαβώσουν καὶ φονεύσουν τινὰς τῶν Ῥωμαίων, καὶ φοβηθῶσιν οἱ ἄλλοι καὶ φύγωσιν ἐκ τοῦ τείχους, καὶ ἀπὸ τούτου ἄδειαν εὕρουν καὶ ἀναβῶσιν οἱ Μουσουλμάνοι ἐπάνω ἀνεμποδίστως, καὶ κρατήσωσι τὴν πόλιν. ὁ δὲ λαὸς τῶν Ῥωμαίων ὁρῶν τὰ πολεμικὰ καὶ μάχιμα ἔργα τῶν Τούρκων, καὶ τὴν πλησμονὴν τοῦ φωσάτου γενεῶν τῶν ἀπείρων, καὶ τὴν ὁρμὴν τῶν Ταρτάρων καὶ τῶν Μουσουλμάνων τὴν τόλμην, καὶ τὰ πρὸ ὀλίγου πραχθέντα, ὅτι ἐντὸς εἰς τὰς σούδας ἀπέκτειναν οἱ Τοῦρκοι Ῥωμαίους καὶ ἄλλους ἔμ-
15. Haec cum ita agerentur et, ut quispiam ex his coniectura assequeretur, alia atque alia, et iam universam praedam Turcae in tentoria deduxissent, dux occidentis rursus urbem immigrat, accuratius eam inspecturus, nihilne occultum, ubicunque illud esset, lateret. sic urbis rebus universis recisis et ad nihilum redactis nihil, neque templum sacrum neque monasterium, neque domus etiam vilissima, inconcussa remansit. et causa haec fuit. ex civibus qui divitiis aliaque suppellectile affluebant, quas longa obsidio non absumpserat, audita hostium irruptione, et quod perpessi sunt pertimescentes, alii in sacris templis, alii in sepulchris, alii aliis quibus poterant locis sua reposuere; ut si forte ipsis mors contigisset, ut exspectabatur, qui postmodum venturi erant, illis repertis, ut fieri amat, pro eorum anima aliquid accurarent; si mortem effugissent, ipsi sibi haberent, et liberi facti in suos usus converterent. sed spe sua frustrati sunt, capti siquidem iniustam mortem oppetere dei summa miseratione, paucis exceptis, ut supra narravimus, evasimus; sed propriis uti libertati restitutis non contigit. Turcae enim, solertes cum sint et ad invenienda multa, rerum quam possident experientia, promptis-

εὐεξαπάτητον, λόγοις ὑπελθόντες πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν κεκτημένοις ἐλευθερίαν αὐταῖς ὑπισχνοῦντο τελείαν, εἰ χρήματα τούτοις γνωρίσειαν οἰκεῖά τε καὶ ἀλλότρια. αἱ δὲ πρὸς αὐτὸ τοὔνομα τῆς ἐλευθερίας ἀπατηθεῖσαι, γνωρίζειν εὐθὺς ἑκάστη τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ σπουδῆς ἔργον πεποίητο καὶ τὰ ἑαυτῆς καὶ τοῦ γείτονος, εἴ τινα περὶ τούτων εἴδησιν εἶχεν. ὡς δ' ἀρχὴ τοῦδε γέγονε τοῦ κακοῦ, καὶ χρήματα πολλοὶ τῶν Τούρκων ἀνεῦρον γνωριζουσῶν τοὺς ταῦτα κρύπτοντας τόπους τῶν γυναικῶν, λόγος γίνεται περὶ τούτου διὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος, καὶ πάντες οἱ κατασχόντες αἰχμαλώτους ἀνθρώπους πρὸς τὸν ὅμοιον διανίστανται ζῆλον, τοὺς μὲν ὑποσχέσεσι περικεχρωσμέναις ἀπάτῃ, τοὺς δὲ λόγοις ὁμοίως ἑτέροις ἐπὶ φανερώσει τῶν ἰδίων παρακαλοῦντες χρημάτων καὶ φενακί- 354
ζοντες. ὅσους δὲ δυσπειθεστέρους τῶν ἄλλων ἑώρων (ἤλπιζον γὰρ τῶν νουνεχεστέρων πολλοὶ τῆς θωπείας αὐτοὺς ὑπενδοῦναι καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων ἀπατηλῶν λόγων, κἀντεῦθεν τὰ κεκρυμμένα διατηρῆσαι) τούτοις πολυειδεῖς τινὰς τιμωρίας ἐπῆγον, ἕως καὶ τούτους εἰς ἀνάγκην ἐνέβαλον καὶ τὴν ἔνστασιν ἔλυσαν. ὅθεν καὶ πολλοὶ τῶν δοκούντων, οἱ μὲν ταῖς θωπείαις καθυπαχθέντες οἱ δὲ τὰς τιμωρίας οὐκ ἐνεγκόντες, φανεροῦν τὰ κεκρυμμένα σπουδάζοντες ἦσαν καὶ ἄκοντες· πρὸς γὰρ πᾶσαν ἀνάγκην, καὶ μάλισθ' ὅταν θάνατος ᾖ τὸ προκείμενον, εὐχερῶς οἶδεν ὑποπίπτειν ἡ φύσις. τοῦτο τῆς

15. ὑπεκδῦναι?

simi, quos captos adduxerant ex civibus, et praecipue mulieres deceptu facillimas, verbis illecebrarum et lenociniorum plenis sese insinuantes, libertatem illis polliceri perfectam, si ipsis pecunias proprias sive alienas revelassent. illae nomine libertatis deceptae statim summo conatu domino et sua et vicini, si quam eorum cognitionem habebant, revelare. ut malum coepit irrepere et multi ex Turcis pecunias reperere, mulieribus loca in quibus abscondebantur aperientibus, rumor per totum exercitum de hoc spargitur, et omnes qui captivos adduxerant ad similia animum advertunt, hos pollicitationibus fraude oblinitis, alios similiter aliis modis ad revelandas pecunias consuadentes et compositis mendaciis deludentes; quos vero pertinaciores agnoscebant, sperabant siquidem multi ex prudentioribus eos lenociniis et multis dolo fraudeque onustis sermonibus tandem finem impositur os, et sic ab se reposita sibi conservaturos, poenis omnis generis allicere, cogereque ut pertinaciam deponerent. hinc multi ex praestantioribus, partim illecebris deliniti partim poenas non sustinentes, festinanter, licet inviti, abscondita manifestant. novit enim natura necessitati, et potissimum cum mors proponitur, facili negotio

τῶν ἱερῶν ναῶν καὶ μονῶν κατασκαφῆς αἴτιον γέγονεν. ἐνίων γὰρ διὰ τὸ ἀνύποπτον ἱεροῖς ἐναποθεμένων ναοῖς χρήματα, καὶ ταῦτ' ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις ὑπ' αὐτὰς τὰς ἱερωτάτας τραπέζας, καὶ τῆς ἀνάγκης ἐφεστηκυίας γνώριμα ταῦτα τοῖς τιμωροῦσι θεμένων, ἀφανίζειν τὸ κάλλος αὐτῶν ἐπεχείρουν οἱ Τοῦρκοι, καὶ τὰς θείας τραπέζας, ἐφ' αἷς ἡ θεία μυστικὴ καὶ ζῶσα καὶ σωστικὴ παντὸς ἐπετελεῖτο τοῦ κόσμου θυσία, τῇ τῶν χρημάτων ἐπιθυμίᾳ κατὰ σπουδὴν ἀνατρέπειν καὶ 355 καταπάτημα φεῦ τοῖς βουλομένοις τιθέναι· ὑπέλαβον γὰρ ὑπὸ παντὶ λίθῳ χρήματα κεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πάντ' ἀνάστατα πεποιήκεσαν. αὕτη κἀπὶ τῶν ἱερῶν εἰκόνων συμβέβηκεν ἐν ὕβρει διαφθορά, καὶ τὰς μὲν πυρὶ περιέσχον, οἷον ἡμᾶς εἰς τὴν τούτων προσκύνησιν ζημιοῦντες, ταῖς δ' εἰς ὑποδοχὴν τῶν ὠνίων, ὢ θεοῦ ἀνοχῆς, ἐπὶ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἀναίδην ἐχρήσαντο, τινὰς δὲ καὶ διετήρησαν ἴσως ὅσοι τῶν ἄλλων εἰς κτῆσιν χρημάτων θερμότεροι, καὶ ἀργυρίου ταύτας ἀπέδοντο.

ιϛ'. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῆς μυροδόχου τιμίας λάρνακος τοῦ ἡμεδαποῦ τροπαιούχου καὶ μάρτυρος; ἥκιστα καὶ ταύτην εἴασαν ἀπερίτρεπτον καὶ μένουσαν, ὡς τὸ πρίν, μανίας ὑπερβολῇ οἱ καθ' ἡμῶν ὥσπερ θῆρες λυττήσαντες ἄγριοι, πλὴν οὐ δι' αἰτίαν καθ' ἣν καὶ τἆλλα τῶν πάλαι ἐξ ἡμῶν

12. παρέσχον?

cedere. hoc et sacrorum templorum et monasteriorum eversionis causa fuit. a nonnullis enim propter expetitam securitatem in sacris templis pecuniis repositis, et maxime in ipsis adytis sub sacrosanctis altaribus, et postmodum necessitate urgente ob cruciatuum saevitiam indicatis, eorum pulchritudinem Turcae demoliti, divinasque mensas, in quibus mystica vivens et salutaris totius terrarum orbis victima offertur, pecuniarum desiderio studiose evertere et cuilibet (vae misero mihi) conculcandas proponere. nam suspicabantur sub omni lapide pecunias esse, proptereaque omnia late vastabant. tam dirum malum in sacris quoque imaginibus locum habuit, eas non sine contumelia absumens; quarum plerasque igne concremarunt, qui earum adorationem nobis surripiunt; alias in usum rerum venalium (deus, tuam tolerantiam!) in medio foro impudentissime reduxere; nonnullas etiam conservarunt qui magis quam alii pecuniis inhiabant, et postea argento divendiderunt.

16. Quid porro diceres de nostri tropaealis et martyris myrothecio? neque illud immotum neque imperturbatum furoris exsuperantia conservarunt, qui contra nos veluti bestiae immansuetae saevierant; non eandem tamen ob causam ob quam alia antiquitus per nos

γενομένων ἠνέῳκτό τε καὶ καταβέβλητο μνήματα καὶ τὰ τού-
τοις ἐναποκείμενα λείψανα κατὰ γῆς ἀπερρίφησαν. ἐν αὐτοῖς
γὰρ καθότι πολλοὶ τῶν Τούρκων χρημάτων ἐπέτυχον, ἐναπο-
τεθέντων παρὰ τῶν πολιτῶν δι' ἣν ἐλπίδα φθάσαντες δεδη-
λώκειμεν, διὰ τοῦτο πάντα σχεδὸν ἠνέῳξαν καὶ κατέστρεψαν·
ἐνταῦθα δὲ δυοῖν εἵνεκα, τοῦ τε περὶ αὐτὴν οὐκ ὀλίγου χρυ- 356
σῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις τιμίοις καὶ μαργάροις κατεσκευα-
σμένου κόσμου, καὶ τῶν ὑγείας παρεκτικῶν θείων μύρων. οἱ
μὲν γὰρ τοῦ κόσμου μόνον αὐτὴν ἀπεγύμνωσαν, οἱ δὲ βα-
σκήναντες οἷον ἡμῖν τῆς ἀφθονίας τῶν μύρων καὶ τῆς ἐκ
τούτων ἰάσεως ἀφῃρηκέναι καὶ ταῦθ' ἡμᾶς ἠβουλήθησαν, ὡς
μηδὲν ἔχειν τοῦ λοιποῦ τούτων ἀπολαύειν, ὁσάκις ἂν ἕκαστος
δέοιτο. διὸ καὶ καταβεβληκότες τὰς ἐπ' αὐτῇ μαρμάρους τῶν
μύρων ἔσπευδον αὐτὴν ἐκκενῶσαι καὶ τὸ ἱερὸν καὶ θεῖον λεί-
ψανον τοῦ μάρτυρος ἐκβαλεῖν· ἡγοῦντο γὰρ τοῦ σκοποῦ τού-
του κατατυχεῖν καὶ ἡμᾶς τῶν ἀκενώτων μύρων καταλιπεῖν
ἐνδεεῖς. πλὴν ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος οἷον αὐτοὶ σφαλερῶς προσ-
εδόκων ἡ σφῶν ἐπιθυμία ἐξέβη. ἐξήντλουν οὖν τὸ μύρον
ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐφ' ἱκανὰς τὰς ἡμέρας. καὶ τοῖς μὲν
ὥς τι γελοῖον ἐδόκει· οἷς δὲ νοῦς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ὑπῆν,
τούτοις ἦν ἐπιμελὲς πρὸς τὴν ἑαυτῶν τοῦτο μετακομίζειν καὶ
μετ' αἰδοῦς ἅπτεσθαι καὶ σεβάσματος· ἠκηκόεισαν γὰρ πρὸς
τῶν πεπειραμένων ὡς ἰατρικῶν φαρμάκων ἐστὶν ἐνεργέστε-

sepulchra exstructa reserata sunt et disiecta, et cadaverum reliquiae in eis iacentes super terram dispersae: in illis enim Turcae pecunias a civibus repositas, causa iam praenarrata, reperere, proptereaque fere omnia et reserarunt et subverterunt; at hic duplici de causa, tum propter ex non parvo auro et argento et lapidibus pretiosis nec non et gemmis circa illud compositum ornatum, tum propter sanitatem exhibens divinum unguentum. nonnulli enim ornatus tantum gratia illud despoliarunt; alii nobis unguentorum affluentiam invidentes, et quae inde subsequitur, sanitate nos privare cupientes, ut in posterum illa nobis medicina, cum opus esset, nulla suppeteret. quapropter superstratis marmoribus disiectis unguenta non levi nisu exhauriunt, et sacrum divinumque martyris corpus expromere conantur, opinabantur siquidem propositum consequi nosque unguentorum inexhaustorum in orbitatem redigere. verumtamen, quem sibi temere proposuerat eorum libido, finem non habuit. per plures itaque dies ambabus manibus unguentum exhauriebatur, et quibusdam plane ridiculum videbatur; at qui plus aliis sapiebant, curae erat illud in patriam perducere et cum reverentia religioneque contrectare: nam

ρον, εἰς οἷον ἄν τις χρήσαιτο πάθος. πλὴν ἀλλ' οὐκ ἐδύ-
357 ναντο τὴν τῶν μύρων πηγὴν ξηρὰν καὶ ἄνικμον ἀποφῆναι, καίπερ πολὺν ὑπὲρ τούτου ποιούμενοι τὸν ἀγῶνα. καὶ εἰκότως· οὐ γὰρ ἴσα τοῖς ἀνθρωπίνοις τὰ πρὸς θεοῦ τοῖς ἀξίοις κεχαρισμένα, ἐπειδήπερ μηδὲ τοῖς αὐτοῖς ὑπόκεινται ὅροις.

Ταύτην τὴν πονηρὰν ἐπεδείξαντο γνώμην καὶ περὶ τὸ τῆς ὁσίας καὶ μυροβλήτιδος Θεοδώρας ἱερώτατον λείψανον, ὃ καὶ ὡς ἐπιπολῆς κείμενον ἀπερρίφη τε κατὰ γῆς, ὢ τόλμης καὶ μιαρῶν χειρῶν, καὶ κατεθραύσθη εἰς μέρη, ἃ δὴ καὶ τῶν φιλοθέων τινὲς ἀνελόμενοι ἄλλος μὲν ἀλλαχοῦ πρότερον ὡς ἰατρεῖον ἄμισθον ἀπεκόμισαν· ὕστερον δὲ καὶ ταῦτα συνῆκται τῶν εἰληφότων τῶν μὲν ἀποδομένων ταῦτα τιμῆς ἀργυρίων, τῶν δὲ χαρισαμένων δι' ἣν ἔσχον φιλόθεον γνώμην, ἃ καὶ εἰς ἑνὸς αὖθις συναρμοσθέντα σώματος ὁλομέλειαν θαυμάτων ἐνεργείᾳ καθ' ἑκάστην ἀφθόνως πηγάζουσιν εἰς δόξαν καὶ αὖθις τοῦ πάντα πᾶσιν ἐπάγοντος λόγοις οἰκονομίας ἀρρήτου.

ιζ'. Τούτων οὕτω προβεβηκότων καὶ ἀκοσμίας πάσης γεγενημένης (διὰ πάντων γὰρ τῶν ἐν τῇ πόλει κεχώρηκεν ἡ καταφθορὰ) οἶκτον ἐπὶ τούτοις ὁ Μουράτης λαμβάνει τῆς πόλεως. καὶ πρῶτα μὲν τοὺς εἰσιόντας ἅμα τῷ κατὰ δύσιν

ab expertis audiverant ad quoslibet morbos medicinalibus ipsis pharmacis multo efficacius esse. nihilominus unguentorum fontem non potuere neque exsiccare neque exinanire, quamvis id contentiosius multumque per tempus niterentur. et merito: neque enim humana exaequant quae deus dignis elargitur, sicuti nec iisdem terminis subiacent.

Idem hoc nefarium facinus circa sanctae et myroblytidis Theodorae sacerrimum cadaver patratum est, quod cum in superficie iaceret, solo prostratum (o audaciam, o manus exsecrandas!) et in varias partes discerptum est; quas pii homines assumentes, alius alio prius, tanquam nulla mercede conductam medicinam asportarunt; postea eaedem recollectae, qui habuerant, aliis pretio restituentibus, aliis gratis dantibus propter ea quae in se nutriebant pia consilia, denuo in unam integri corporis formam compositae miraculorum efficacia quotidie affluenter innotescunt, in gloriam rursus eius, qui omnia omnium regit moderaturque suae providentiae inenarrabili ratione.

17. His hoc modo peractis, omnibusque incompositis ac turpiter deformatis, per omnia siquidem, quae in urbe erant, clades grassata est, afflictae civitatis fortunae Muratem ad misericordiam alliciunt. et primum quidem qui cum occasus duce immigrarant, quique

στρατηγῷ Τούρκους τὰς τῶν αἰχμαλώτων οἰκίας ἑαυτοῖς δια- 358
νείμαντας καὶ ταύτας ἔχειν διὰ βίου παντὸς ἠλπικότας ἐξε-
λαύνει καὶ μὴ προθυμουμένους τῆς πόλεως, ἐπειπὼν ὡς ἀρ-
κεῖ μὲν ὑμῖν τὰ χρήματα, καὶ οὓς παρ' ἐλπίδα δούλους ἐκτή-
σασθε· τὴν δέ γε πόλιν ἔχειν ἔγωγε βούλομαι, πολλῶν διὰ
ταύτην διηνυκὼς ὁδὸν ἡμερῶν, καὶ πόνον ὑπενεγκὼν ὅσον
ἐγνώκατε. ἔπειτα δὲ πρὸς τὸν Γαλικὸν ποταμὸν μεταβάς,
ἐγγὺς τῆς πόλεως ῥέοντα κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ χει-
μῶνος, βουλὴν ἐσκέψατο πᾶσί τε ἀδόκητον ὅλως καὶ συστατι-
κὴν τῆς ἑαλωκυίας. ἰδὼν γὰρ πόλιν τοσαύτην καὶ οὕτω κει-
μένην τῇ θαλάττῃ τε προσομιλοῦσαν καὶ πάντα δεξιὰν οὖσαν,
ᾤκτειρέ τε αὐτὴν καὶ πάλιν οἰκίσαι βεβούλητο. καὶ δὴ πρῶ-
τον μὲν ἀνθρώπους ἀριθμητοὺς τῶν ἐπισημοτέρων καθ' αἷμά
τε καὶ συγγένειαν τῆς δουλείας ἀπηλλάχθαι προσέταξε, παρε-
σχηκὼς αὐτὸς τὰ λύτρα, καὶ τῇ πόλει τούτους ἐγκατοικῆσαι,
ἔπειτα δὲ τὰ καταπεπτωκότα ταύτης ἐν τῷ πολέμῳ μέρη τα-
χέως τε ἀνορθοῦσθαι καὶ ὡς πρότερον ἦσαν ἐγκαταστῆναι.
καὶ τὸ μὲν πρόσταγμα οὕτως εἶχεν, αὐτὸς δὲ μεταστήσας καὶ
αὖθις τὴν στρατιὰν παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ Βαρδαρίου 359
ἐστρατοπεδεύσατο. ἔνθα δὴ καὶ μερισμὸς παντελὴς τῶν ἑα-
λωκότων ἐγένετο. ὅσοι μὲν γὰρ τῶν αἰχμαλώτων, ἢ δι' ὧν
εἰπόντες ἔφθημεν λύτρων ἢ ἐξ ἑαυτῶν ἢ Χριστιανῶν ἐξ ἑτέ-
ρων, ἐκ διαφόρων χωρῶν καὶ πόλεων συνειλεγμένων, τρόπον

12. οἰκῆσαι A

captivorum aedes sibi diviserant sibique eas habere per vitae spatium speraverant, Turcas etiam invitos urbe pellit, inquiens "large vobis sufficiunt pecuniae et praeter spem captivorum quaestus: urbem mihi ipse reservo, quod ob eam multorum dierum iter confeci, eosque labores sustinui quos vos optime nostis." tum ad Galicum fluvium, qui prope civitatem, et hiberna potissimum tempestate, cursum tenet, pergens, consilium praeter omnem exspectationem init, sed captae urbi valde salutare. considerans enim urbis magnitudinem et situm mari proximum, eamque congruentem et aptam ad omnia, commiseratus illius reficiendae consilium capit. primum quidem homines non contemnendo numero, sanguine et ortu spectabiliores, a servitute suis sumptibus liberatos mandavit, ut intra urbem domicilium haberent; deinde ut partes illius bello collapsae celeriter repararentur pristinoque decori restituerentur. et mandata quidem haec erant. tum ipse rursus moto exercitu ad Bardarii fluminis ripas castra metatur; ubi captivorum partitio absolvitur. nam captivi, sive pretio, quod supra innuimus, sive per se ipsos, sive per Christianos alios, ex variis urbibus et oppidis coactos, pecunia erogata libertate potiti

ἐξεῦρον ἐλευθερίας τινά, τετυχήκεσαν ταύτης ἔτι τῷ ποταμῷ Γαλικῷ τοῦ Μουράτου ἐνδιατρίβοντος. ὅσοις δὲ τρόπος ὑπ' ἀπορίας τηνικαῦτα οὐχ εὕρηται, τούτους ἕκαστος ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι καὶ τόποις ἐξέπεμψαν, τὰς ἐκ τῆς δουλείας ἀνάγκας ὑφισταμένους, μέχρις ἂν ὑπονοστήσαντες τὰ σφῶν τιμήματα διαθῶνται· οὐ γὰρ ἐδύναντο καὶ τούτους ἕλκειν μακρὰν ἀπερχόμενοι καὶ πρὸς πόλεμον ἕτερον. εἶδες ἂν οὖν τοὺς δυστυχεῖς τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ τῆς ἑῴας τοὺς δ' ἐπὶ τὰ τῆς ἑσπέρας μέρη διασπαρέντας· οἱ μὲν γὰρ τοὺς τεκόντας οἱ δὲ τὰ τέκνα καὶ ἕτεροι τὰς γυναῖκας ἐλάμβανον, καὶ οὓς ἡ φύσις ἥνωσεν, ἡ συμφορὰ διεμέρισεν.

ιη'. Ταύτῃ τῶν καθ' ἡμᾶς, ὡς μὴ ὤφελε, συμβεβηκότων καὶ τοιόνδε παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Βαρδαρίου πέρας εἰληφότων, ὁ Μουράτης ἐκεῖθεν διχῇ τὴν στρατιὰν διελὼν τὸ μὲν
360 αὐτῆς ἐπὶ τὰ τῶν Ἰωαννίνων ἐξέπεμψε μέρη, αὐτὸς δὲ μετὰ θατέρου μέρους ἐπ' ἄλλους ἀπῄει καταστρέψων κἀκείνους καὶ ὑπ' αὐτῷ ποιησόμενος. πρότερον δὲ διὰ πάσης τῆς ὑπ' αὐτὸν κήρυκας ἐπεπόμφει, τοὺς πρὸ μακρῶν ἐτῶν καὶ τοῦ συγκλεισμοῦ τὴν Θεσσαλονίκην ἀπολιπόντας καὶ μετοικήσαντας ἀλλαχοῦ πρὸς αὐτὴν ἵν' ἐπανελθεῖν πολλῷ τῷ τάχει καταναγκάσωσι καὶ τὰ οἰκεῖα πάλιν ὡς τὸ πρότερον ἀπολάβωσι. σκοπὸς γὰρ αὐτὸν πάνυ τι καλὸς καὶ πολλῶν ἄξιος τῶν ἐπαίνων εἰσῄει, τὴν πόλιν καὶ αὖθις τοῖς οἰκήτορσιν ἀπο-

15. κατὰ A

sunt, eam sibi habuere, cum adhuc apud Galicum fluvium Murates moras ageret: quibus vero ob egestatem atque inopiam ea frui non contigit, eos singuli in patrias sedes et loca dimiserunt, servitutis incommoda subituros, donec ipsi postmodum reversi de eorum pretio disposuissent. neque enim poterant secum una convehere per longum iter, et ad aliud bellum proficiscentes. vidisses infelices, hos quidem ad ortum, illos ad occasum, distractos asportari: namque hi parentes, alii filios, alii uxores accipiebant, et quos natura unum aliquid insigniter fecerat, calamitas separabat.

18. Hoc pacto (quod utinam nunquam evenisset) rebus nostris procedentibus, et hoc fine apud Bardarii ripas terminatis, Murates inde, duas in partes diviso exercitu, unam ad Ianninorum fines dimisit, alteram ipse secum ducens ad alios se conferebat, eos quoque absumpturus et potiturus. sed ante omnia per omnem suae dicionis plagam praecones mittit, eos qui ante multos annos, ipsoque obsidionis tempore, Thessalonicam deseruerant aliisque in locis sedes locaverant suas, quam celerrime possent domum revenire coacturos, qui proprias in posterum, ut antea, possiderent. nam proposuerat, quam optime et multa cum laude, rursus urbem habitatoribus restituere, et

δεδωκέναι καὶ πλήρη καθάπερ καὶ τὸ πρὶν ἀποκαταστῆσαι. καὶ ἦν ἂν τοῦτο μετ' οὐ πολύ, εἰ μὴ τὰ ἡμέτερα πρὸς θεὸν κώλυμα γέγονε πταίσματα. πόθῳ γὰρ τοῦ συστῆναι τὴν πόλιν φιλανθρώπου γνώμης τυχὼν ἐβούλετο πᾶσί τε ἐλευθερίαν χαρίσασθαι, καὶ δοῦναι τούτοις, ὡς προὔφην, αὐτὴν καὶ τὰς αὐτῶν οἰκίας ὡς πρὶν μετὰ πάσης ἀδείας κεκτῆσθαι, καὶ εἴ τι προσῆν ἀκίνητον ἕτερον. τῷ τοι καὶ πρὸς τοὺς ἀμφ' αὐτόν φασί τινες ἐπομνύμενον λογάδας εἰπεῖν ὡς ἄδικον ἂν εἴη μετὰ τῶν προσόντων τοῖς κρατηθεῖσι καὶ τούτους ἑλεῖν δεσμίους καὶ τῆς ἐνεγκαμένης ἀπαγαγεῖν. ἐλευθερώσωμεν οὖν αὐτούς, εἰ δοκεῖ, ἢ λαβόντες λύτρων ἄνευ αὐτούς, ἢ ταῦτα 361 παρεσχηκότες ἡμεῖς. τῶν δ' ἀκηκοότων τοὺς μὲν ἄλλους ἐπαινέσαι τε τὸν λόγον καὶ παρακαλέσαι πρὸς τοῦτο, ἕνα δὲ τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἐξοχώτατον μὴ μόνον οὐκ ἀποδέξασθαι τὸ ῥηθὲν διὰ τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐδύνατο λόγοις κωλῦσαι τὸ βούλημα, καὶ πιθανὸν ὀφθῆναι διὰ τὸ ὑπερέχον. ἦν δὲ καὶ τοῦτο πάντως τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας καρπός, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καθάπερ καὶ τἆλλα ὅσα συμβέβηκεν. εἰ καὶ ἴσως τινὲς τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἀνεῳγμένοις δεχόμενοι τοῖς ὠσί, μηδ' ἑαυτοὺς αἰτίους κρίνοντες, τὰς θείας παρὰ φαῦλον ἐντολὰς τιθεμένους, ἀνθρώποις τὰς τῶν συμβαινόντων αἰτίας λογίζονται. ἐγὼ δὲ τὸ πᾶν τῆς τοῦ θεοῦ κρίνω παιδείας διὰ τὴν ἐμὴν ἐπανόρθωσιν· πᾶσαι γὰρ αἱ πολυάνθρω-

ut prius erat, hominum conferta copia complere. quod utique non multum post belle cecidisset, nisi nostra in deum facinora impedimento fuissent. cum enim reparandae urbis desiderio teneretur, revocans se ad humanitatem ac mansuetudinem, omnes libertatis compotes facere patriamque illis donare, ut dixi, et domibus propriis, ut antea, frui cum omni securitate, et quidquid aliud erat in immobilibus, in animo habuit. quapropter primatibus cum suis, quidam etiam cum sacramento, ferunt dixisse: "iniustum est cum rebus debellatorum debellatos quoque in vincula coniici et patria alio abductos spoliari; libertatem itaque illis stabiliamus, si ita videtur, aut sine pretio illos accipientes, aut illud nos erogantes." auditorum alios sententiam laudasse, adhortatos ut faceret; sed unum ex ducibus, qui dignitate caeteros antecellebat, non tantum non approbasse verba de libertate, sed et quibus poterat rationibus consilium principis impedivisse; et verosimilia dicere, quod alios anteiret, visus est. erat plane hoc quoque meorum scelerum fructus, ut ipse mihi suadeo, quemadmodum et quae evenere reliqua; licet nonnulli sermonem hunc haud patentibus auribus arripientes, neque semet ipsos causam fuisse iudicantes, divinis praeceptis neglectis, hominibus eventuum

ποι φθοραί, ὡς αἱ θεῖαι διαγινώσκουσι καὶ ἀποφαίνονται βίβλοι, εἰς τὸν τῶν ὑπολειπομένων σωφρονισμὸν γίνονται, τὴν πάνδημον πονηρίαν δημοσίαις μάστιξι τοῦ θεοῦ σωφρονίζοντος.

Πάντων οὖν, ὡς εἶπον, τὰ τῆς πόλεως ἑαυτοῖς διανειμαμένων, ὁ Μουράτης τὴν πόλιν ἀνθρώπων ἐρήμην ἰδιοποιήσατο μόνην, πάσας οἰκίας ἔχειν τοὺς ἀρχῆθεν αὐτῶν κυρίους προστάξας ἐλευθερίας τετυχηκότας καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀκίνη-
362 τον κτῆσιν, ταυτὶ μόνον προσθεὶς αὐτὸς τηνικαῦτα τοῖς κακοῖς γενομένοις, ὅτι τούσδε τοὺς ἱεροὺς οἴκους παρακατέσχε, τόν τ' ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως νεὼν τῆς ἀχειροποιήτου παρθένου καὶ θεοτόκου καὶ τὴν εἰς ὄνομα πάλαι τιμωμένην τοῦ τιμίου προδρόμου μονὴν ἱεράν, τὸν μὲν ὡς σύμβολον νίκης καὶ τῆς γεγενημένης ἁλώσεως, τὴν δ' ὡς καὶ πρὸ χρόνων παρὰ τῶν Τούρκων ληφθεῖσαν, καὶ εἰς συναγωγὰς αὐτῶν τούτους μετήμειψε, καὶ ὅτι περιφανὲς κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν βαλανεῖον ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνεγείρας μαρμάρους χιλίας ἐξελεῖν ἔπεμψε καὶ κομίσαι πρὸς τὴν ἐδάφους οἰκοδομίαν αὐτόθι, ναῶν ἱερῶν καὶ μονῶν ταύτας παρὰ τῶν πεμφθέντων ἀφειδῶς ἐκβληθείσας.

ιθ'. Ἀλλ' ἀπῆλθον μὲν οἱ κήρυκες κατὰ πολλὰ τῆς ὑπ' αὐτῷ μέρη, ὡς διειλήφειμεν, καὶ τοὺς εὑρισκομένους ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἐν αὐτῇ κατηνάγκασαν ἐπανέρχεσθαι, αὐτοὺς πρὸ

causas ascribunt. ego autem, quidquid id fuerit, divinae punitioni propter meam correctionem tribuo: omnes etenim clades pene exitiabiles, ut divinae litterae tradunt decernuntque, ad frugem correctiones sunt, commune scelus communibus calamitatibus deo puniente.

Rebus itaque civitatis, ut dixi, inter se divisis, Murates urbem hominibus nudam solummodo sibi vindicans, omnes domos prioribus dominis liberis factis, et alia omnia immobilia, tradi iubet, haec tantum male tum factis superaddens, dum sacras aedes occupat, tum magnum virginis et deiparae manibus non factae templum, in media civitate positum, tum sub nomine ab antiquo tempore venerandi praecursoris sacrum et in veneratione habitum monasterium, illud in victoriae signum illatique excidii, hoc, quod aliquot ante annos a Turcis captum fuerat: et haec in congregationes et synagogas suas commutavit. nec non illustre Adrianopoli balneum a fundamentis exstruens, mille marmora eripi adducique ad balnei stratum ex hac urbe mandavit, quae a sacris templis et monasteriis per curatores extracta sunt.

19. Porro abiere praecones ad multa illius dicionis loca, ut dictum est, et quos reperere Thessalonicenses, qui ante nonnullos an-

χρόνων μόνον ταύτης ἀπάραντας ἐκ τῆς τῶν δεινῶν συνεχείας, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν αἰχμαλώτων γεγενημένων τοὺς ὁθενδήποτε τῆς ἐλευθερίας ἠξιωμένους. ἠλευθέρωνται καὶ γὰρ ἱκανοὶ πολλῶν θεοφιλῶν ὑπὲρ ἀναρρύσεως ἡμῶν προθύμως κεκινημένων, καὶ μάλιστα τοῦ τῶν Σέρβων ἄρχοντος, ᾧ τῶν ἄλλων 363 αὐτοῦ πλεονεκτημάτων ἐξαίρετον ἡ πρὸς τοὺς δεομένους ἐστὶν εὐποιία ἑκάστοτε. χρυσίον καὶ γὰρ οὗτός τισιν οἷς ἐθάρρει χειρίσας ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῶν αἰχμαλώτων τοῦτο δοθῆναι παρεκελεύσατο. καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης ἐγένετο· ἐπρίαντο γὰρ τοῦ χρυσίου οἱ πρὸς αὐτὸ τεταγμένοι πολλούς, οἳ δὴ καὶ ἐπανιόντες ἐπὶ τὴν πόλιν, ὡς εἰκάζειν ἔχομεν, μέχρι τοῦ νῦν εἰσὶ μετὰ τῶν ἀπ' ἄλλων τόπων ἐληλυθότων ὡσεὶ χίλιοι. εἰ δὲ καὶ συναριθμεῖν τις ἐθέλοι καὶ τοὺς τὴν πόλιν οἰκήσαντας Τούρκους, εἶεν ἂν ὡσεὶ δισχίλιοι. διενοούμεθα δὲ τὴν πόλιν καὶ αὖθις τὴν πρὶν αὐτῆς εὐκοσμίαν ἀναλαβεῖν καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνθῆσαι καὶ πλατυνθῆναι ὡς πρότερον. καὶ γέγονεν ἂν ἴσως, εἰ μὴ καὶ πάλιν τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων σφαλμάτων ἐμποδὼν ἐγεγόνει καὶ ἡ κακία μὴ χώραν εὗρεν. ἐξ οὗ γὰρ ἡ πόλις δεδούλωτο, καὶ ὁ Μουράτης πάντα καὶ κτίσματα καὶ κτήματα καὶ νεὼς ἱεροὺς καὶ μονὰς καὶ τὰς τῶν προσόδων αὐτῶν ἀφορμὰς ἐπανιοῦσιν ἡμῖν τοῖς ὁπωσδήποτε τῆς δουλείας ἀπαλλαγεῖσι φιλοτίμως καὶ γράμμασι καὶ λόγοις δεδώρητο, πανταχοῦ τε τοῖς ἀφικνουμένοις ἐλευθερίαν ἐκήρυξε, καὶ τὰς

nos rerum angustiis pressi ex ea secesserant, etiam vi reduces fecere, captivos item quoquomodo in libertatem vindicatos. namque quam plurimi piorum hominum, infortunii commiseratione devictorum, liberalitate, et potissimum Servorum principis, cui prae aliis, quibus caeteros superat, virtutibus praecipuum est in egenos beneficentia, redempti fuerant. is enim aurum fidis amicis concreditum pro libertate captivorum impendi mandaverat; neque consilio frustratus est, eo siquidem auro multos ab eo missi redemerunt; qui reversi in patriam, ut coniicimus, ad hoc tempus cum aliis, qui ex diversis locis huc accurrere, sunt numero mille. et si quis simul Turcas huiusce urbis habitatores numeraverit, erunt fere bis mille. opinabamur vero urbem rursus pristinum decorem recepturam, et pietatem novis floribus emersuram et, ut antea, longe lateque divagaturam. et forte effectum habuisset, ni rursus meorum delictorum copia obstitisset datusque esset locus improbitati. ex quo enim civitas captivitate pressa fuerat, et Murates omnia et aedificia et possessiones et sacra templa et monasteria et eorum reditus nobis revertentibus quoquo modo liberis factis magnifice et scripto et sermone elargitus est, et locis ex omnibus advenientibus libertatem palam edixit, et suas domus et quaecunque im-

364 αὐτῶν οἰκίας καὶ ὅσα ἀκίνητα πάντες ἀνέλαβον, καὶ τάξις πᾶσα καὶ ἅπαν ἔθνος τῆς πόλεως πρὸς δευτέραν αὔξησιν καὶ ἀνακαινισμὸν προβαίνειν ἀπήρξαντο, ποιμήν τε τῇ πόλει κεχειροτόνητο, καὶ ἐκκλησία συνέστη καὶ τὴν προτέραν ταύτης τάξιν ἀπείληφε, μοναχοί τε τῶν μονῶν ἐπελάβοντο καὶ διὰ σπουδῆς ἐποιοῦντο τὴν τούτων ἐπίδοσιν, καὶ πάντες ἐλπίσι χρησταῖς ἐτρεφόμεθα, καὶ συντόμως εἰπεῖν τῶν ἐκ τῆς ἁλώσεως ἡμῖν ἐπιόντων κακῶν τὴν μνήμην ἀπεβαλόμεθα, καὶ χαίροντες ἦμεν ἐφ' οἷς ἀδοκήτως ἐτύχομεν, καὶ τὴν προτέραν ἀπολαβεῖν τὴν πόλιν εὐετηρίαν ἠλπίζομεν, τότ' ἐξ ἡμῶν, ᾗ ἡ παροιμία φησίν, ὁ ἱμὰς ἐξετέτμητο, καὶ εἰς τοὐναντίον τὰ τῶν ἐλπίδων περιετράπησαν.

κ'. Καὶ δὴ τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπιδεδημηκὼς ὁ Μουράτης (δεύτερον, οἶμαι, τηνικαῦτα διίππευεν ἔτος μετὰ τὴν ἅλωσιν ἢ τρίτον) ἐφ' ᾧ ταύτην ἰδεῖν καὶ ἀκριβέστερον τὰ κατ' αὐτὴν ἱστορῆσαι, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς καλῶν ἀπολελαυκέναι, καὶ δωρεαῖς μεγάλαις ἀντιφιλοτιμήσασθαι, τὸν ἐκείνου τε τῷ φιλοτίμῳ τῆς γνώμης μιμήσασθαι πρόγονον, Θεσσαλονίκης κἀ-
365 κεῖνον κρατήσαντα καὶ χάρισι ταύτην πολλαῖς ἀμειψάμενον, — οὕτως οὖν γνώμης ἔχων καὶ μετὰ τοιαύτης ἐλθών, ὁ δὲ μὴ οὐκ ἀγαθαῖς ὑπαχθεὶς συμβουλίαις μεταβουλεύεταί τε καὶ τὴν προτέραν μετατίθησι γνώμην, καὶ ἃ καθ' ὃν ἑαλώκαμεν χρόνον οὐ πέπραχε, κατ' ἐκεῖνο δὴ τοῦ καιροῦ παρώρμητο

9. εὐτυχοῦμεν?

mobilia omnes recuperarunt, et ordo omnis et gens universa civitatis secundo augeri renovarique haud improspere coepere, et pastor urbis creatus, et ecclesia constitit suis institutis conspicua, et monachi monasteria tenuerunt et studiose admodum eorum augmentis inhiabant, omnesque spe lactabamur bona, et ut breviter me expediam, malorum propter excidium nobis illatorum memoria amissa gaudebamus pro iis quae nobis insperato obtigerant, et pristinam felicitatem tranquillitatemque consecuturam urbem sperabamus, tum ex nobis, ut proverbio fertur, lorum sumptum est, et quae exspectabantur bona, in contrarium reciderunt.

20. Nam Thessalonicam repetens Murates (secundus tum currebat vel tertius post excidium annus) ut eam inviseret, accuratiusque res illius addisceret, et bonis illius frueretur, et muneribus munificis contenderet cum suo progenitore, illiusque vestigiis insisteret qui Thessalonica potitus gratias innumeras largitionesque maximas fecit: hac, inquam, fretus mente, illiusque exsequendae causa veniens, postmodum malis aliorum monitionibus distractus consilium pristinamque sententiam mutat; et quae, quo capti sumus tempore, non peregit,

διαπράξασθαι. καὶ γοῦν ὡς τὴν πόλιν καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ταύτης θεάσαιτο καὶ πάσης ἐν ταύτῃ ῥαστώνης ἐπαπολαύσειεν, ὡς τῶν αὐτῇ προσόντων καλῶν εἰς κόρον κατατρυφήσειεν, ἀγαπητικῶς τε οὐχ ἥκιστα ταύτῃ διατεθείη, καὶ πᾶσιν ἡμῖν θαρρεῖν δοίη περὶ ἡμῶν τὰ βελτίω, πρῶτον μὲν ψῆφον ἐξήνεγκεν οἵαν οὐδ' ἐν ὀνείροις ἰδὼν οὐδείς ποτε προσεδόκησεν ἄν· ἡ δ' ἦν πάσας μὲν ληφθῆναι μονὰς καὶ νεώς, πάσας δὲ προσόδους αὐτῶν καὶ τὰ κτήματ' ἀφαιρεθῆναι, καὶ εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ ἡμέτερα καταντῆσαι, ὃ καὶ εἰς πέρας ἐκβέβηκεν οὐ μετ' οὐ πολύ. ἔπειτα δὲ καὶ καταγραφῆναι πάσας οἰκίας καὶ εἴ τι προσῆν ἕτερον τῇ πόλει προστάττει, καὶ χωρὶς μὲν τὰ τῶν παρόντων χωρὶς δὲ τὰ τῶν ἀπόντων ἀριθμηθῆναι· βουλὴν γὰρ ἐνενόησεν ἢ ἐδέξατο τὰς μὲν τῶν παρόντων καταλιπεῖν ἔχειν τοὺς τούτων δεσπόσαντας, εἰ καὶ μὴ 366
καθαρῶς οὕτως ἐξέβη, τὰ δέ γε τῶν ἀπόντων, ζώντων καὶ τεθνηκότων, τὰ μὲν τηρεῖσθαι τοῖς εἰσέπειτ' ἐλευσομένοις, τὰ δὲ Τούρκοις δοθῆναι τοῖς ᾑρημένοις ἢ βιασθεῖσιν ἐνοικῆσαι τῇ πόλει, καθάπερ καὶ γέγονεν. ἐπεὶ δὲ κατεγράφησαν μὲν μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἅπαντα τὰ τῆς πόλεως, ἐνίων ἐκ τῶν ἡμετέρων πρὸς τοῦτ' ἐπιτηδείων ὀφθέντων, οἳ καὶ τοῦτ' ὤδινον ἐκ σκαιοτάτης οἶμαι γνώμης καὶ φθονερᾶς, ἠρίθμηντο δὲ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ διασκέψεως, καὶ διχῇ κατὰ

17. εἰρημένοις A

eo temporis perficere constituit. igitur, licet ille diceret ideo se venisse ut urbem et singula illius circumspiceret, otioque et laboris remissione uteretur, bonisque illius ad saturitatem luxuriaretur, sicque non minus in eam benevole affectus meliora speranda nobis in posterum relinqueret, nihilominus primum mandatum dedit, quod ne per somnium quidem quispiam exspectasset. id autem erat monasteria omnia templaque occupanda, eorum reditus omnes possessionesque auferendas, et in angustum oppido res nostras cogendas. quod non multo post factum est ab illis insigniter. postea omnes domus, et quidquid aliud praeterea in civitate erat, sanxit describi, et separatim praesentium separatim absentium censeri. novum enim consilii genus excogitaverat, aut ab aliis excogitatum ipse probaverat, praesentium facultates relinquendas iis in quorum dominio erant, licet neque hoc integre observatum est; absentium, sive illi in vivis agerent sive ex eorum numero exturbati mortem oppetiissent, partim reservandas postmodum futuris, partim Turcis vel eam inhabitare coactis dedendas. quod item factum est. postquam vero universa urbis diligenter admodum descripta sunt, nonnullis ex nostris suam operam praestantibus, qui mente improbissima et plane invida conceptum fovebant,

*τοὐπίταγμα διῃρέθησαν, τότε δὴ τὰς μὲν τῶν μονῶν ὅσαι δὴ μείζους καὶ πρὸς κάλλος φαιδρότεραι τοῖς οἰκείοις αὐτῷ καὶ οὖσιν ἐν ἀξιώμασιν ἐδωρήσατο, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν οἰκιῶν ὅσαι δὴ καλλίους ἦσαν τῶν ἄλλων εἴς τε κάλλος καὶ μέγεθος, μόνους ἡμῖν τοὺς τέσσαρας νεώς, οἳ καὶ καθολικοὶ λέγονται, καταλελοιπώς, πολλὴν τὴν σπουδὴν ὑπὲρ τούτων τοῦ ποιμένος εἰσενεγκόντος. τὰς δέ γε λοιπὰς ἁπάσας οἰκίας καὶ τοὺς νεὼς σχεδὸν πάντας διωρίσατο τοῖς τ' ἀπ' ἄλλων τόπων ἐθελήσασιν ἴσως τὴν πόλιν ἀνθ' ἧς οἰκοῦσιν ἑλέσθαι παρασχεθῆναι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν Γενητζῶν ἀπαναστᾶσι Τούρκοις. τόπος δ'*
367 *οὗτός ἐστι πεδιὰς ὅλος, ἡμέρας ὁδὸν ἀπὸ τοῦ κατὰ δύσιν μέρους ἀπέχων τῆς πόλεως, εἴτε τῇ τούτου ἐπιτηδειότητι εἴτε σπουδῇ τοῦ τοῦτον ἀρχῆθεν ἐκλεξαμένου πρὸς οἴκησιν πολλοὺς ἐσχηκὼς οἰκήτορας Τούρκους. ὃν δὴ τόπον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ θέαν καὶ ζώων ἀγρίων θήραν ὁ Μουράτης ἐκεῖσε, καθ' ὃν καιρὸν ἐνεδήμει τῇ πόλει, γενόμενος, σχεδὸν τῶν ἐνοικούντων καθίστησιν ἔρημον, ἀπανίστασθαι τούτους τὸ τάχος κελεύσας καὶ μετοικεῖν εἰς Θεσσαλονίκην. ὃ δὴ πρόσταγμα καὶ μετὰ σπουδῆς οἱ πρὸς αὐτὸ τεταγμένοι πεπληρωκότες ἐφάνησαν μηδὲν μελλήσαντες μετὰ τὴν τούτου ἀποδημίαν, πάντας δὲ τοὺς αὐτόθι Τούρκους ἐκεῖσε γενόμενοι καὶ βίᾳ μᾶλλον ἢ πειθοῖ εἰς Θεσσαλονίκην ἀγηοχότες, καὶ οἰκίας ἑτέρας ἀνθ' ὧν εἶχον παρεσχηκότες κατὰ τὸ πρόσταγμα. ἄμφω*

numerata sunt accurate nimis atque considerate, et duas in partes, ut mandatum fuerat, divisa, tum monasteria magnitudine et decore illustriora, similiter et aedes quae alias pulchritudine ornatuque superabant, suis familiaribus et in dignitate constitutis attribuit, tantum nobis quattuor templis, catholicis dictis, id enixissime pastore procurante, concessis. reliquas vero omnes aedes templaque fere omnia, qui ab aliis locis sedem sibi in ea collocassent suaeque patriae praeposuissent, et Turcis, qui a Genitzis moti fuerant, tradi decrevit. Genitzae locus est aequata agri planitie quaqua versum expansus, diei itinere ab occidentali urbis plaga distans, sive sui habilitate, sive illius qui primum in habitationem sibi locum elegerat industria, Turcarum accolarum frequentia instructus; quem, nescio qua de causa, animi recreandi ferarumque inmansuetarum capiendarum gratia Murates, cum in civitatem progrederetur, visens fere habitatoribus spoliavit, solum eos vertere qua possent celeritate iubens, et sedem Thessalonicae ponere. iussum diligenter curatores, nulla interposita mora, exsecuti sunt, postquam ille abscesserat, omnesque Turcas ibi habitantes suo adventu coactos potius quam suasos Thessalonicam advexere, et domus alias, loco earum quas illi possederant, ut mandatum

γοῦν, οἶμαι, ταῦθ' ὁ Μουράτης ἐσκέψατο καὶ τοῦθ' οὕτω γενέσθαι προσέταξεν, ἵν' ἀσφάλειαν ἡ πόλις ἔχῃ καὶ φυλακὴν ἀκριβεστέραν ἐκ τούτου, παράλιος οὖσα καὶ διὰ τοῦτο δεομένη πολλῶν ἐνοικούντων, καὶ ἵνα τὴν ἀγορὰν πλήθουσαν ἔχουσα τῶν ὠνίων ἁπάντων εἰς αὐτὴν εἰσκομιζομένων πάντας ἕλκῃ παρ' ἑαυτῇ, πραγματειῶν καὶ συναλλαγμάτων ἁπάντων μεταδιδοῦσα 368
τοῖς χρήζουσι καὶ ἑαυτὴν ῥᾳδίως πλουτίζουσα.

κα'. Τούτων οὖν οὕτω προβάντων, καὶ τῶν Τούρκων εἰς χιλίους ἀριθμουμένων τὴν πόλιν κατειληφότων, καὶ πάντων οἰκίας καὶ ναοὺς ἀντὶ οἰκιῶν εἰληφότων, καὶ ἀναμὶξ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν λαχόντων τὴν οἴκησιν, ἡ πόλις ὥσπερ τινὰ πενθήρη χιτῶνα τὴν ἀκοσμίαν περιεβάλετο, τῆς εὐπρεπείας, ἧς ἂν ἔτυχε τῆς κακῆς συμβουλῆς μὴ χώραν εὑρούσης, ἀφῃρημένη, καὶ τὸν στολισμόν, ὃν οὐκ εἰς μακρὰν ἔσχεν ἄν, δυστυχῶς ἄγαν ἀποβαλοῦσα, καὶ στένουσα οἷον μετ' οἰμωγῆς ὅτι μὴ σεισμὸς ταύτην συνέχωσεν ἢ πῦρ παρανάλωσεν ἢ ὕδωρ ἀναδοθὲν ἢ νεφελόθεν ῥαγὲν συνεκάλυψε καὶ κατέκλυσε· τοῦτο γὰρ ἀνεκτότερον, ἐπεί τοί γε βέλτιον τοῦ τοιαύτην ὁρᾶσθαι τὸ μηδ' ὁπωσοῦν ἐπὶ γῆς ἑστάναι. οἱ μὲν οὖν τῶν ἱερῶν οἴκων εἰς κοινὰ καταγώγια μετημείφθεισαν, ὥσπερ εἰρήκειμεν, καὶ τὸ προφητικὸν εἰπεῖν, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ τὰ θυσιαστήρια τοῦ θεοῦ καταβέβληντο· οἱ δὲ λείψανα μόνον τοῦ πρώτου κάλλους αὐτῶν καὶ τῆς θέσεως ἀποσώζουσιν. ἔνιοι δέ, καὶ

fuerat, dediderunt. ambo haec itaque, ut opinor, Murates meditatus est et ita fieri iussit, tum ut securitate et custodia magis fida urbem communiret maritimam ideoque multis egentem habitatoribus, tum ut foro omnium rerum abundantia circumfluenti, venalibus undequaque convectis, omnes urbs ad se traheret, et mercaturis commerciisque diversas nationes indigentes commiscens ex facili ipsa collocupletata ditesceret.

21. His itaque hoc modo digestis, cum Turcae mille numero civitatem occupassent et omnium domos ac templa pro habitatione accepissent, nec non promiscue per universam urbem sedem locassent, civitas, veluti lugubri amictu, confusione atque immunditia circumvestita est, suo decore, quem utique consecuta fuisset si malum consilium locum non habuisset, spoliata, et ornatu, quem non multo post possedisset, orbata, et non sine gemitu suspirans quod aut terrae motus non absorbuerit, aut ignis non absumpserit, aut aqua alicunde erumpens vel e nubibus decidens non cooperuerit et inundaverit: hoc enim tolerabilius fuisset, quando multo melius est eam nusquam exstare quam hoc modo visui hominum obiici. sacra igitur templa in publica diversoria immutata sunt, ut praenarratum est, et ut cum propheta loquar, in securi et ascia dei propitiatoria disie-

μᾶλλον οἱ πλείους, καταπεπτώκεσαν τέλεον, ὡς μηδὲ ποῦ ποτ' ἦσαν γνωρίζεσθαι. διηρπάγησαν γὰρ αἱ τούτων ὕλαι, καὶ
369 κτίσμασιν ἄλλοις προσετέθησαν καινοτέροις, καὶ μάλιστά γε τῷ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως ὁρωμένῳ καὶ κοινῷ βαλανείῳ. καὶ μονονουχὶ τῶν γηραιοτέρων ἔξεστιν ἀκούειν ἀνδρῶν ὡς ὧδε μὲν ἦν ὁ νεὼς ὁ δεῖνα ἐκεῖ δὲ ὁ δεῖνα, καὶ ὅσα προσῆν ἑκάστῳ καὶ κάλλη καὶ χάριτες. καὶ τοῦτο μὲν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν νεῴ. μοναὶ δ', ἃς πρότερον φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν, ἀφορμὴ τοῖς ὁρῶσιν ἵστανται πένθους, μὴ ὅτι γε μοναχῶν ἔρημοι καταστᾶσαι κακῶς ἐξελαθέντων καὶ πρὸς ἑτέρας πόλεις μετοικησάντων, ἀλλὰ καὶ προσαφῃρημέναι τὴν διὰ πάντων λαμπρότητα· αἵ τε γὰρ μάρμαροι τούτων ἐξηδαφίσθησαν, ἥ τ' ἄλλη ἅπασα ὕλη ἡ πρὸς ἀπαρτισμὸν αὐτῶν ἀρχῆθεν συντεθειμένη καὶ κάλλος εἰς διαρπαγὴν τοῖς βουλομένοις ἀνεῖτο, καὶ νῦν ἄκοσμόν τι θέαμα πᾶσιν ὁρῶνται καὶ τὰς ἁπάντων ψυχὰς κινοῦσι πρὸς δάκρυα. πολλοὶ μὲν οὖν εἵλοντ' ἂν ἀντὶ τῆς ἐνεγκαμένης τὴν πόλιν, καὶ πλήρης μὲν ἂν ἦν εὐσεβῶν ἤδη, πλήρης δὲ μοναχῶν, γέμουσα δὲ θυμηδείας καὶ τέρψεως τῷ χριστωνύμῳ πρεπούσης πληρώματι, εἰ μὴ τοιαύτη κατ' αὐτῆς ἀπόφασις ἀπευκταία ἐξήνεκτο καὶ τὰ κατ' αὐτὴν οὕτω προυχώρησε. νυνὶ δὲ μὴ ὅτι γε πόθον οἳ
370 ταύτην ἐκ μακροῦ καταλαβεῖν εἶχον, μετάμελον ἔσχον τῆς προθυμίας, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τῆς εἰς τὴν πόλιν ἐλεύσεως μετα-

cta sunt: namque alia prioris sui decoris et situs tantummodo reliquias proferunt, alia, quin immo maior eorum pars, prorsus conciderunt, ut nec ubi aliquando steterint agnoscatur. direpta siquidem eorum materia structuris aliis recentioribus applicata est, et potissimum balneo, quod nunc media in urbe commoditati publicae erectum conspicitur; tantumque ab aetate provectioribus fas est audire: hac in parte templum tale erat, ibi tale, et quaecunque ea exornabant, venustates et gratiae. et hoc quidem, per omnia civitatis loca, templa passa sunt. monasteria, de quibus antea nostra oratio disseruerat, in maximum moerorem intuentes abstrahunt, non tantum viduata monachis turpiter eiectis et ex patriis peregrinas in sedes pulsis, sed suo splendore ac pulchritudine spoliata, marmora siquidem eorum in solum disiecta, et materia reliqua, ad perfectionem atque ornatum antiquitus exaggerata, rapinae volentium cessere, et nunc spectaculum sine ullo cultu foedum ac deformatum, circumspectantium animis lacrimas extorquent. et multi sane hanc civitatem patriae praeposuissent; adeoque piis hominibus repleta, repleta monachis, laetitia iubiloque Christiano coetui non dedecentibus onusta, in hilaritatem conversa maximo gaudio frueretur, nisi adeo exsecranda sententia lata fuisset. et res quidem urbis ita se habuere. nunc porro, qui a

μέλει, τῆς ἐλπίδος σαφῶς διημαρτηκόσι. πάντα γὰρ ἄνω καὶ κάτω γεγόνασι, τὸ τοῦ λόγου. καὶ ἡ πόλις ὥσπερ τις ναῦς ἐν πελάγει περισχεθεῖσα κακῶν περιφέρεται, δίκην ἀνέμων τῶν καθ' ἑκάστην εἰπεῖν συμπιπτόντων ταραττόντων αὐτὴν καὶ ναυτίας πολλῆς καὶ ἰλίγγου πληρούντων, καὶ καθαρᾶς εὐδίας ἐπιτυχεῖν οὔκουν ἐώντων, οὐδὲ τὸ τῆς εἰρήνης καὶ νηνεμίας ἱστίον πετάσασαν πρὸς λιμένα καλῶν ἐφθακέναι στῆναί τε ἐπ' ἀγκυρῶν ἀσφαλείας καὶ μένειν ἀσάλευτον. θεοῦ δὲ ἄρα τοῦτο ἂν εἴη καὶ τῆς ἐκείνου σαφῶς πηδαλιουχίας, καταπραῦναι μὲν τὰ τῶν ἐπερχομένων κορυφούμενα κύματα, ἰθῦναι δὲ πρὸς γαλήνην, καὶ σωτηρίαν χαρίσασθαι, καὶ δοῦναι πρύμναν κρούσασθαι τοῦ λοιποῦ καὶ πλεῦσαι δεύτερον, ὅ φασι, πλοῦν, μεταβεβλημένων ἁπάντων ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ ὃ συνοίσει τῇ πόλει, μεσιτεύσαντος τοῦ ἡμεδαποῦ τροπαιούχου καὶ μάρτυρος, καὶ τῶν τῆς πατρίδος οἰάκων αὖθις εἰπεῖν ἐπιλαβομένου, καὶ πρὸς τὴν τοσαύτην τῶν συμφορῶν θάλασσαν τῇ ἑαυτοῦ χρησαμένου δυνάμει. γένοιτο δὲ μὴ οὐκ εἰς μακράν, ἵλεῳ τοῦ θεοῦ ἐπιβλέψαντος 371 ὄμματι, καὶ φιλανθρωπευσαμένου συνήθως ἐφ' οἷς αὐτὸν παροργίζομεν.

κβʹ. Ταῦτα ἐς δεῦρο παρηκολούθηκεν, εἴ καί τινα τούτων ἡμεῖς ἑκόντες διὰ τὸν καιρὸν καὶ τὴν ἡμετέραν περὶ τὸ λέγειν ἀσθένειαν παραλιπεῖν δέον κεκρίκαμεν. κἀπειδήπερ

longioribus oris illius potiundae desiderio exardebant, eos sui desiderii, sed nos quoque in eam reditionis paenitet, cum spes melioris status penitus sublata sit. susque deque enim omnia facta sunt, ut proverbio circumfertur; et urbs, veluti navis alto malorum mari oppressa, circumagitur: ventorum enim instar, quae singulis diebus occurrunt, eam interturbant et nausea vertigineque complent, et vera potiri quiete non permittunt, vela licet pacis et tranquillitatis expanderit, ut ad portum bonorum appellat, et ancorarum securitate firmetur, maneatque inconcussa. dei igitur fuerit, et illius plane gubernationis, rerum advenientium tumidos fluctus sedare, ad tranquillitatem dirigere, salutem elargiri, concedereque ut in posterum puppim inhibeamus et secunda navigatione, quod dicitur, utamur, omnibus in melius immutatis, ut, quidquid fuerit, civitati conducat, deprecatore se pro nobis praebente nostro tropaeali et martyre, rursusque patriae gubernacula suscipiente, et adversus tot calamitatum immodicos montes suam potentiam usurpante; neque diu bonum differatur, deo propitio oculo inspectante, et suo more nobiscum, qui in eum delinquimus, humaniter agente.

22. Et haec hucusque processere: licet nos ex illis quaedam sponte, tempore id poscente et nostra dicendi imbecillitate, silentio

οὐκ εἴχομεν τὴν σὴν ἀξίωσιν διακρούσασθαι καὶ ἀνηκοΐας γραφὴν ἀπενέγκασθαι, καθὼς ἡμῖν ἐξῆν, ἑαυτοὺς τῇ παρούσῃ δεδώκαμεν διηγήσει. τοῦτο γὰρ κἀν ταῖς ἀρχαῖς ὑπισχνούμεθα, μηδὲν πλέον τῆς ἡμετέρας δυνάμεως ἐπιδείξασθαι. ὅθεν εἰ μὲν ἄξιόν τι τῆς τε σῆς ἐπιθυμίας καὶ τῆς ὑποθέσεως φανῶμεν ἐργάσασθαι, σὸν ἂν εἴη τοῦτο καὶ τῶν σῶν ὑπὲρ ἡμῶν προσευχῶν· εἰ δ' αὖθις ἀτυχεῖς κατὰ πάντα δόξαιμεν, ὃ πᾶσα παθεῖν ἀνάγκη, ὁποία τις ἂν ἀμοιβὴ καὶ πάλιν ἡμῖν ἀντιδοθείη, δίκαιον ἂν εἴη καὶ σὲ ταύτης μετεσχηκέναι, ἡμᾶς ἀμαθεῖς ὄντας παρακαλέσαντα πρὸς ἔργον τοσοῦτον διὰ τὸ ἡμᾶς εἶναί τι νομίσαι μηδὲν ὄντας καὶ τοῦτο πανταχοῦ διατεινομένους. ἐγὼ δ' εἰς ἀμοιβὴν τὰς σὰς λιτὰς ἀντιδοθῆναί μοι θερμῶς ἐξαιτοῦμαι, τιμιώτατε πάτερ· πολλὰ
372 γὰρ ἐμαυτῷ συνεγνωκὼς πταίσματα, τῆς ἀπὸ τῶν σῶν λιτῶν δέομαι βοηθείας εἰς τὴν τούτων ἀπόνιψιν.

involverimus. cumque tuum nos rogatum refringere non possemus et inobedientiae notam incurrere, ut nobis licuit, praesenti nos narrationi dedidimus: hoc enim et in exordio promisimus, nihil nos ultra propriam facultatem conaturos. quare, si quid tuo desiderio dignum aut argumento compar, peregisse videbimur, tuum id fuerit et tuarum pro nobis supplicationum: sin res in omnibus infeliciter cecidit, id quod necessario futurum erat, quidquid nobis delatum fuerit munusculi, iustum erit te quoque participem fieri, qui nos infantes atque imprudentes ad opus hoc excitasti, quia aliquid esse nos, qui nihil sumus et id ubicunque etiam contentiose profitemur, existimasti. ego vero gratiam rei referri mihi preces tuas enixissime exoro, quam maxime venerande pater: mihi enim multorum scelerum conscius tuarum precum opem imploro, ut illa abluantur.

## ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

### ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ

## Μ Ο Ν Ω Δ Ι Α

### ΕΠΙ Τῌ ΑΛΩΣΕΙ

### ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ.

# IOANNIS ANAGNOSTAE

### PRO VIRIBUS ACTA

## MONODIA

### DE EXCIDIO URBIS THESSALONICENSIS

### EODEM LEONE ALLATIO INTERPRETE.

---

Τίς ἂν εἰδὼς πάθεσι θρήνους ἐξισοῦν τὴν Θεσσαλονικέων 374
ἀξίως πόλιν ὠδύρετο; πόλις γὰρ αὕτη τὰς ἄλλας ὅσον ἐν εὐτυχίᾳ πολλῷ τῷ μέτρῳ παρήνεγκε, πανταχόθεν αὕτην λαμπρὰν καὶ ποθεινὴν δεικνῦσα, τοσοῦτο νῦν ἀτυχέστατα πέπραγε καὶ θρηνῳδίας ἁπάσης ὑπόθεσις πρόκειται. οἷς γὰρ τῶν ἀπ' αὐτῆς καλῶν καὶ μικρὸν γοῦν τινὰ χρόνον ἀπόνα-

Quis, sciens casibus eventibusque rerum fatalibus planctus exaequare, digne Thessalonicensium urbem deploraverit? urbs enim haec, quantum reliquas alias felicitate, mensura non parva, superavit, rebus in omnibus semetipsam conspicuam ac desideratissimam commonstrans, tantum hoc aevi infelicissimo infortunio mactata, omnis generis lacrimarum argumentum proponitur. quibus enim vel minimo

375 σθαι γέγονε, λέγειν οὐδὲν ἔπεισιν ἄλλο ταύτης γε πέρι ἢ ψυχὴν ὅσαπερ ἐς ἀθυμίαν ἐμβάλλει πηγάς τε δακρύων ἐξ ὀμμάτων προχεῖσθαι παρασκευάζει. πολλὰς μὲν γὰρ κάλλει καὶ θέσει, πολλὰς δὲ μεγέθει καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀφθονίᾳ μηδ' ὅσον εἰπεῖν ὑπερέβαλε πόλεις. καὶ [ἃ] πρὶν μὲν ἐκόμα τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πλούτῳ τῷ θρυλουμένῳ, νυνὶ δέ, ὡς μὴ ὤφελε, φροῦδα γεγένητο πάντα καὶ κακῶς ἀνεσκεύαστο. ὢ πῶς μαγνήτιδος τρόπον εἰς ἑαυτὴν ἅπαντας εἷλκεν, ἀποστῆναί τε τούτους οὐδ' ὁπωστιοῦν συνεχώρει! τοσούτῳ καὶ γὰρ κατεῖχεν, οἷς αὐτοὺς πανταχόθεν ἀφικνουμένους ἐδεξιοῦτο, δεσμοῖς τ' ἀλύτοις φιλίας συνέδει, ὡς ἀντὶ τῆς ἐνεγκαμένης αὐτὴν πάντας αἱρεῖσθαι, καὶ μηδ' ἐπανόδου μεμνῆσθαι μηκέτι. φεῦ. ἀλλ' ἤδη μὴ τοὺς ἐξ ἀλλοδαπῆς μόνον, οἷς ὑπῆρξεν, ὡς ἔφην, τῶν αὐτῆς ἀπολελαυκέναι χαρίτων, ἀλλὰ καὶ οὓς ἤνεγκε, φεύγειν ὅλῃ παρεσκεύακε προθυμίᾳ καὶ Χάρυβδιν ὥσπερ ἑτέραν δεδοικέναι καὶ τρέμειν. ὢ χρόνε, οἷα τίκτεις ἐξαίφνης, καὶ μεταβολὰς οἵας ἐναπεργάζῃ τοῖς πράγμασι. καλῶς σε, πρὸς τὸ παλίντροπον ἀπιδόντες, τροχὸν τὸ τῶν σοφῶν ὠνομάκασι γένος· πάντα γὰρ ἄνω καὶ κάτω μετατίθης καὶ περιφέρεις.

376 ὦ πόλις ἡ πρὶν μὲν ὥσπερ ναῦς ἐξ οὐρίας πλέουσα, ἔπειτα δὲ καταιγίδος δεινῆς ἐγερθείσης κακῶς συντριβεῖσα καὶ τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον ἀποβαλοῦσα καὶ ἀπολέσασα, οὐδ' ἂν

tempore bonis illius perfrui concessum est, nihil de ea aliud occurrit quam quae desperationem animo conciliant et fontes lacrimarum ex oculis extorquent. namque et situ et pulchritudine multas, magnitudine et rerum abundantia multo plures civitates exsuperavit. et quae prius bonis omnibus affluebat, atque ab omnibus decantatis divitiis, nunc (quod utinam avertisset deus) omnibus suis partibus iacet demortua et pessime pertractata. o quomodo illa, perinde atque magnes, omnes ad se trahebat avellique ab se nullo modo permittebat? sic enim eos detinebat, quos quacunque e regione advenientes donis excipiebat, vinculisque amicitiae indissolubilibus constringebat, ut prae ea patriam postponerent et de reditu prorsus memoriam amitterent. heu, heu. verumtamen nunc non tantum advenas, quos, ut dixi, illius gratiarum participes fieri contigit, sed etiam quos ipsa extulit, omni studio fugam arripere eamque veluti Charybdin alteram perhorrescere et detestari coëgit. o tempus, quaenam repente parturis, et quasnam rebus immutationes inducis! optime te, qui retro abs te omnia converti conspexere sapientes, rotam nuncuparunt, omnia siquidem susque deque agis ducisque. o urbs antea vento secundo adnavigans, postmodum dira tempestate coorta pessime contrita, repositis in te divitiis amissis atque deperditis! nemo equidem tuorum

εἷς τῶν σοι προσόντων ἀφίκοιτό ποτ' εἰς λήθην ἑκών, εἰ μὴ τῶν φρενῶν ἐξέστηκεν ὅλως. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ σύνδακρυς σοῦ μεμνημένος καθίσταμαι, καὶ τὸ προφητικὸν εἰπεῖν, σκότος λεπτόν με καλύπτει, καὶ παραμυθίαν ζητῶν ταὐτά μοι πάσχειν καὶ τοὺς ἄλλους εὑρίσκω. ὢ πῶς σου τὴν πρὶν εὐκοσμίαν ἀφῄρησαι, καὶ ἡ λαμπρότης ἀπέσβη, καὶ τοὺς ὁρῶντας κατηφιᾶν ἀναγκάζεις. συγκέχυται γάρ σοι κόσμος ὁ περικείμενος ἅπας, καὶ τὸ κάλλος, ᾧ σαυτὴν κοσμεῖν εἶχες, ἐξαίφνης ἀπόλωλε. θέατρον γὰρ πρότερον μὲν εὔδαιμον ἦς, νυνὶ δὲ θέα πᾶσι γέγονας ἀπευκταία, καὶ τοὺς ἐνοικεῖν ἑλομένους σοι καὶ ἄκοντας ἀπελαύνεις, ὁρᾶν σε μὴ φέροντας ἐν δυστυχίᾳ τοιαύτῃ. οἳ γάρ σε τροφὸν οἴδασι καὶ μητέρα, τοῖς ἐπὶ μητρὶ κοπτομένοις ἀποιχομένῃ τὰ παραπλήσια δρῶσι, καὶ κατηφείας σε πάντες ποιοῦνται διήγημα. ὦ παρόντες, ἐγὼ μὲν καὶ τῶν 377
ἄλλων ὅταν εἰς μνήμην ἥκω τῆς πόλεως, πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, καὶ ὧν λόγος οὐδεὶς ἐξαρκεῖ πρὸς διήγησιν, ἰλίγγου πληροῦμαι καὶ ἐμαυτὸν ὑπ' ἀθυμίας κατέχειν οὐχ οἷός τε γίνομαι, ἡνίκα δ' ἂν καὶ τὸν κάλλιστον ὃν ἀποβέβληκε κόσμον λογίσωμαι, νεώς, φημὶ θείους καὶ τὰ κατὰ πᾶν αὐτῆς μέρος σεμνῶν ἀνδρῶν καταγώγια, μικροῦ καὶ ἄφωνος τοῖς παροῦσιν ὁρῶμαι καὶ μόλις ἐμαυτὸν ἀνακτῶμαι τοῦ πάθους. ὀφθαλμῶν γὰρ εἰπεῖν ἦσαν οὗτοι βολαί τε καὶ γλῆναι τῇ

unquam obliviscetur libens, ni mente captus abs te prorsus abierit. ego vero totus lacrimis conspergor, dum tui recordor, et ut cum propheta loquar, subtiles tenebrae me obtegunt, et consolationem quaerens eadem et alios perpeti reperio. o quomodo tuo pristino decore spoliata es, et splendor exstinctus, et intuentes maerore conficis! ornatus enim omnis, qui te ambiebat, conturbatus est; et pulchritudo, qua te condecorabas, actutum abiit, theatrum siquidem antea felix, nunc omnibus abominandum spectaculum reddita es; et eos qui tuam habitationem elegerant nolentes abigis, tanquam qui te in simili calamitate videre non sustinent. qui enim te altricem et matrem confitentur, perinde se gerunt atque illi qui matrem demortuam efferunt, et maeroris te narrationem omnes constituunt. o praesentes! ego equidem et rerum aliarum urbis memoriam cum recolo, quae multa sunt et ingentia et dicendi genus omne superant, statim vertigine opprimor et me ipsum continere prae dolore nequeo. sed cum pulcherrimus, quem amisit, ornatus menti occurrit, aedes, inquam, sacrae et per omnia sui loca venerandorum hominum sedes, tantum non mutus vocis usu amisso adstantibus videor, et vix me ex ea turbatione animi recolligo. oculorum enim illa erant urbi, ut ita dicam, iactus atque pupillae: at nunc obdormiscentia obscuram illam unde-

*πόλει, καὶ νῦν κατακοιμηθεῖσαι ζοφερὰν αὐτὴν ἀπειργάσαντο πάντῃ. καὶ τί μὴ λέγω τὸ κρεῖττον; οὐρανῷ τε καὶ γῇ ταύτην εἴκασεν ἄν τις τὴν πόλιν εὐστόχως· τὸ μὲν γὰρ ἄνω τοὺς ἐν ἀρετῇ διαλάμποντας οἰκήτορας πρότερον ἔχον μέρος οὐρανοῦ σῶζον ἦν σχῆμα, τὸ κάτω δὲ καὶ πρὸς θάλατταν γῆς. εἴ τις δ' ἂν καὶ συνεκτικὰ εἴποι στύλους τῇ πόλει, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. ὢ πράγματος ξένου. ἔνθα πόνοι τῆς ἀσκητικῆς τοῦ παντὸς ἐτιμῶντο παλαίστρας, νυνὶ θεοστυγῆ διαπράττεται. καὶ θεὸς ὑπερτίθεται τὴν ἐκδίκησιν. ὢ θεοῦ ἀνοχή, πῶς*
